B I B L I O T H E C A
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
T E V B N E R I A N A

M. TVLLIVS CICERO

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 17

ORATIONES IN L. CATILINAM QVATTVOR

RECENSVIT

TADEUSZ MASLOWSKI



MONACHII ET LIPSIAE
IN AEDIBVS K.G.SAUR MMIII

Bibliographic information published by Die Deutsche Bibliothek
Die Deutsche Bibliothek lists this publication in the
Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data is available
in the Internet at **http://dnb.ddb.de**

Printed in Germany

Gesamtherstellung: Druckhaus „Thomas Müntzer“ GmbH, Bad Langensalza
ISBN 3-598-71187-5

PRAEFATIO

Fere omnia quae de textu orationum quas Cicero in Lucium Sergium Catilinam habuit scire opus est, continentur tribus codicum familiis, quos tamen non solum media aetas, ut plerumque fit, nobis concessit sed etiam antiquitas ipsa testatur. Nam inde ab editione Hermanni Nohl a. 1886 Lipsiae in lucem prodita,[1] qui copiis Caroli Halm[2] in editione Turicensi anni 1854 congestis usus plus triginta huius viri codices satis tumultuarie adlatos ad fere septem eosque primi ordinis redegit, tota Catilinariarum ratio critica in tribus codicum familiis litteris **α**, **β**, **γ** signatis versatur. ipsae autem hae familiae cum papyrorum testimoniis, id quod infra demonstrabitur, ita firmantur ut unam quamque sui iuris esse in propatulo sit, tum singulas sive repertis novis subsidiis sive diligentius excussis iam notis incrementum minime spernendum pedetemptim cepisse videmus. at ut gradus quibus novos eosque primarios testes usque ad nostra tempora singulae familiae acceperint cognoscamus, haec adnotanda.

In editione Nohli testes ad cognoscendum genus **α** arcessiti, qui proprietate scripturae a familiis **β** et **γ** se seiungunt, adhibiti sunt hi: **α**

1 H. Nohl, M. T. Ciceronis orationes selectae, 3: De imperio Cn. Pompei oratio, In L. Catilinam orationes IV, ed. H. Nohl, Lipsiae 1886; in universum de Catilinariarum traditione egerunt M. D. Reeve et R. H. Rouse, Texts and Transmission, ed. L. D. Reynolds, Oxford 1983, 61–65.

2 C. Halm, M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia ex rec. I. C. Orelli. Ed. altera emendatior. Opus morte Orellii interruptum continuaverunt I. G. Baiterus et Car. Halmius: 2.1, Turici 1854.

a cod. Laurentianus 45.2 (**a**) saec. xii^{1} in Gallia vel Anglia vicenorum binorum versuum columnis scriptus; folia 86^{r}–99^{v} Catil. 1–4 continent.[3]

A cod. Ambrosianus C. 29 inf. (**A**) saec. x/xi^{1} in Gallia meridionali vel Italia tricenorum versuum columnis exaratus; folia 49^{r}–67^{r} Catil. 1–4 tenent.[4] cuius collationem diligentissime factam primus in publicum protulit J. G. Baiter.[5]

ς cod. Caroli Stephani (ς) cuius varietas scripturae huius viri editioni operum Ciceronis a. 1554 Lutetiae in lucem emissae ad calcem secundi tomi in indice variarum lectionum ad omnes orationes pertinente addita invenitur paginis 695–698.[6]

β Familia ***β*** in Nohli editione consistit codicibus qui sunt:

s cod. Monacensis 15964 (**s**), olim Salisburgensis, saec. xii$^{in.}$ vicenorum quaternorum versuum columnis in Germania scriptus; Catil. 1–4 continentur fol. 53^{r}–90^{r}.[7]

b cod. Monacensis 4611-III (**b**), olim Benedictoburanus, saec. xii^{2} vicenorum senorum versuum columnis in Germania scriptus; Catil. 1–4 fol. 170^{v}–192^{v} scriptae sunt.[8]

i cod. Monacensis 7809 (**i**), olim Indersdorfensis, saec. xii^{2} vicenorum binorum (hic illic ternorum) versuum columnis in Germania confectus; Catil. 1–4 fol. 1^{r}–40^{r} continentur.[9]

3 V. B. Munk Olsen, L'étude des auteurs classiques latins aux XIe et XIIe siècles 1 et 2, Paris 1982 et 1985, 173–174 et 323.

4 V. Munk Olsen, L'étude 1, 222–223 et L'étude 3.2, Paris 1989, 34; effigies (fol. 49^{r}) invenitur ap. Chatelain, tab. 28.3 (E. Chatelain, Paléographie des classiques latins 1 et 2, Paris 1884–1900).

5 J. G. Baiter, Über Handschriften des Cicero. I: Der alte Ambrosianus C 29, Philologus 20, 1863, 335–350.

6 Opera M. Tullii Ciceronis. Tomus secundus operum . . . omnes eius orationes complectens, Lutetiae, cura . . . C. Stephani 1554.

7 V. Munk Olsen, L'étude 1, 235–236 et L'étude 3.2, 37; effigies (fol. 62^{r}) invenitur ap. Chatelain, tab. 27.3.

8 V. Munk Olsen, L'étude 1, 228–229.

9 V. Munk Olsen, L'étude 1, 231.

Ad agmen traditionis concludendum, ut ita dicam, distinxit Nohlius duos codices integros una cum orationum particula in codice mutilato servata. qui quidem codices ut in summa re eandem textus conformationem exhibent eaque se a generibus ***α*** et ***β*** dilucide disiungunt, ita tertiam familiam quam littera *γ* notavit, efficiunt. hic igitur in primis adferuntur: *γ*

cod. Bruxellensis 10057–10062-III (**u**), olim Egmontanus, saec. xi$^{ex.}$ iussu abbatis Stephani († 1083) vicenorum octonorum versuum columnis confectus, quo Catil. 1–4 fol. 59^{v}–86^{r} scriptae sunt.[10] **u**

cod. Monacensis 19472-I (**t**), olim Tegernseensis, saec. xii^{1} vicenorum singulorum versuum columnis in Germania scriptus; Catil. 1–4 fol. 11^{r}–60^{r} insunt.[11] **t**

particula vero illa qua fere integra quarta Catilinaria comprehenditur (inde a 4,2,25 *a vatibus*), exstat foliis 87^{r}a–88^{v}a cod. Berolinensis lat. fol. 2° 252 (**E**), olim Erfurtensis, binis columnis versuum quadragenum septenum saec. xii$^{in.}$ Corbeiae novae conscripti; qui codex propter iacturam 95 foliorum (fuit olim foliorum 298) ut alios Ciceronis libros vel integros vel eorum partes, ita Catilinariarum pleraque amisit.[12] **E**

Pretium porro harum familiarum ita vir d. aestimavit ut principatum generi ***α*** concedere non dubitaret, secundum locum ***β***, ultimum *γ*. tamen de primis illis duabus familiis quamvis valde inter se discrepantibus utra esset praeferenda ambigi posse ei videbatur. qua in re ipsius Halmi mutata sententia plus iusto commotus esse videtur. hic enim ut in ed. Turicensi ducem in textu constituendo codicem **a** elegit, ita paulo post in ed. Weidmanniana palmam familiae ***β*** con- ***α:β:γ***

10 V. Munk Olsen, L'étude 1, 158; effigies (fol. 107^{v}) invenitur ap. Chatelain, tab. 55.2. consulendus etiam F. Masai, Le catalogue d'Egmond et le Bruxellensis 10057–62, Scriptorium 5, 1951, 121–123.

11 Munk Olsen, L'étude 1, 237 et L'étude 3.2, 37; cf. Chatelain, tab. 27.2.

12 Munk Olsen, L'étude 1, 148–150 et L'étude 3.2, 20.

cessit.[13] postremo neque Halmio nec Nohlio dubium erat quin codices generis *γ* omnium deterrimi essent habendi. tamen et de familia *γ* et de universa Halmi Nohlique familiarum aestimatione difficillima quaestio iterum infra erit attingenda. hic vero id quam maxime nostra scire interest quod aliquanto post Gulielmo Peterson contigit ut praestantissimum familiae ***a*** testem ex tenebris bibliothecae Holkhamicae protraxerit recteque aestimaverit.[14] qui hodie est

C cod. Bibl. Britannicae Addit. 47678 (**C**),[14] tum temporis Holkhamicus 387, antea vero Cluniacensis 498, saec. ix[1] binis columnis vicenorum quaternorum versuum in urbe Turonum conscriptus; Catil. 1–4 licet mutilatae continentur fol. 1ʳa–18ᵛb.[15]

adde quod idem vir doctus inter alia et codicis **C** vicissitudines, quantum id fieri poterat, accurata diligentia prosecutus est et rationes quae inter **C** et **A** (codice **a** haud neglecto) intercedunt, definire studuit et omnium quas **C** tenet Ciceronis orationum collationem ad editionem C. F. W. Muelleri diligentissime institutam protulit.[16]

13 ad manum mihi erat ed. Weidmanniana undecima quae vivo Halmio ultima typis impressa est – Ciceros ausgewählte Reden. Erklärt von K. Halm. III. Bändchen. Die Rede gegen L. Sergius Catilina und für den Dichter Archias. XI. verb. Aufl., Berlin ([1]1851) 1882. Weidmann.

14 W. Peterson, Collations from the Codex Cluniacensis s. Holkhamicus, a ninth-century manuscript of Cicero, now in Lord Leicester's library at Holkham, with certain hitherto unpublished scholia, three facsimiles, and a history of the codex. Anecdota Oxoniensia, Classical Series, Part IX, Oxford 1901. censuram exegit A. C. Clark, Peterson's *Cluniacensis Ms. of Cicero*, CR 16, 1902, 322–327, cui etiam siglum **C** debetur.

15 Munk Olsen, L'étude 1, 207–208; effigies (fol. 12ᵛ) invenitur ap. Chatelain, tab. 27 A.

16 in Catilinariis paginae versusque variis lectionibus praefixa referuntur ad M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia: Part. II. vol. II continens orationes pro Tullio ..., in Catilinam ..., rec. C. F. W. Mueller, editio stereotypa, Lipsiae (1885) 1896.

Haec subsidia summa tot virorum diligentia collecta ita deinde A. C. Clark editionis suae causa quam Oxoni a. 1905 vulgavit,[17] locupletavit ut tribus Nohli familiis hos praeterea testes adiunxerit. Primum familiae ***α*** duos codices qui sunt: ***α***

cod. Vossianus Lat. O. 2-II (**V**) saec. x vicenorum singulorum versuum columnis in Gallia exaratus; Catil. 1–4 folia 74^r (1^r)–108^r (35^r) tenent.[18] **V**

cod. Harleianus 2682 (**h**) saec. xi^2 tricenorum senorum versuum columnis in Lotharingia scriptus, qui postea fuit Basilicae Coloniensis; Catil. 1–4 continentur fol. 115^r–125^v.[19] **h**

Familiam ***β*** auxit vir d. uno teste aetate sat venerabili qui est: ***β***

cod. Harleianus 2716 (**l**) saec. $x^{ex.}$ vicenorum quaternorum versuum columnis in Germania (in Rhenano circulo superiore ut vid.) concinnatus, quo Catil. 1–4 fol. 1^r–24^r insunt.[20] cuius tamen familiae non nisi tres orationes primae et aliquot versus orationis ultimae sunt. **l**

Ad familiam *γ* addidit editor libros manu scriptos qui sunt: *γ*

cod. Laurentianus 50.45 (**x**) saec. x tricenorum senorum versuum columnis in Germania confectus; Catil. 1–4 fol. 1^r–24^r continentur.[21] **x**

17 M. Tulli Ciceronis orationes pro Sex. Roscio, de imperio Cn. Pompei, pro Cluentio, in Catilinam, pro Murena, pro Caelio, rec. A. C. Clark, Oxonii 1905.

18 Munk Olsen, L'étude 1, 203–204.

19 A. C. Clark, Collations from the Harleian Ms. of Cicero 2682 with a Facsimile, Anecdota Oxoniensia, Classical Series, Part VII, Oxford 1891; Munk Olsen, L'étude 1, 211–213.

20 Munk Olsen, L'étude 1, 213; cf. Reeve et Rouse 63.

21 Munk Olsen, L'étude 1, 177; effigies (fol. 89^r) invenitur ap. Chatelain, tab. 42.

o cod. Oxoniensis Collegi Corporis Christi 57 (**o**) saec. xii^{1} tricenorum versuum columnis manu Anglica exaratus, ubi fol. 98^{r}b–110^{r}b Catil. 1–4 leguntur.[22]

l quos ad testes accedit cod. Harleianus 2716 (**l**) iam supra adlatus, cuius oratio quarta inde a 1,8 *acerbitates* alia manu adpicta generis *γ* est.

Vere igitur promovit vir d. harum orationum emendationem, quippe quae potissimum ex codicibus pendeat.

Hic etiam digna est quae commemoretur editio a P. Reis Lipsiae ap. Teubnerum a. 1927 fasc. 17, a. 1933 volumine VI,1 prolata,[23] non quo editor ignotos aliquos traditionis fontes aperuerit sed quod iam a prioribus usurpatos ita in stemma adfabre compegit ut qua ratione inter se familiae earumque singuli testes cohaererent vel obiter rem examinanti in universum dumtaxat planum fieret. praeterea eminet Reis eo quod tum primum praeter medii aevi codices
Π testis antiquus bilinguis Graeco-Latinus Papyrus Rylands 1.61 (**Π**) saec. v in Aegypto scripta, quae secundae orationis tenet particulam 14,171–15,182 [*converterit*] / *μ*[*ε*]*τεστρεψεν* … [*ab dis immortalibus*] / *απο των αθανατων θεω*]*ν* valde ceteroquin lacunis hiantem, adhibita est. quam olim in 'suis scriniis' latentem[24] Arturus S. Hunt cum in publicum protraxit, tum qua ratione cum singulis medii aevi familiis coni-

22 Munk Olsen, L'étude 1, 249 et L'étude 3.2, 40; aetas definitur ap. B. C. Barker-Benfield, Classical Latin Authors in Medieval Manuscripts (censura operis Munk Olsen, L'étude 1 et 2), CR n.s. 37, 1987, 293.

23 M. Tulli Ciceronis Scripta quae manserunt omnia, Volumen VI,2: Orationes in L. Catilinam IV, pro Archia poeta, rec. P. Reis (separatim in fasc. 17, a. 1927). Orationes pro L. Murena, pro P. Sulla, rec. H. Kasten. Oratio pro L. Flacco, rec. L. Fruechtel, Lipsiae 1933.

24 V. M. T. Ciceronis Orationes pro Tullio, pro Fonteio, pro Sulla, pro Archia, pro Plancio, pro Scauro, rec. A. C. Clark, Oxonii 1910, iii.

uncta esse videretur explicare conatus est.[25] atque satis prudenter, ut in tanta copiae exiguitate, **Π** textum mixtum praebere pronuntiavit. feliciter igitur accidit quod nuper Papyrum Vindobonensem L. 127 (**Δ**) eadem aetate eodemque **Δ**
loco scriptam quo **Π**, quae fragmina ex 3,15,194–16,205 [*religio θρησκια ... ille erat solus / εκινος η[ν μονος* servata continet, publici iuris fecit H. Harrauer.[26] haud parvi enim est quod **Δ** tam accurate cum scripturis *γ* facit ut quin vetustissimum familiae *γ* testem habeamus, dubitari non possit. itaque non medio aevo sed iam antiquis temporibus codices in diversas familias abiisse patet. accedit quod paulo post **Π + Δ**
H. Maehler certis quibusdam indiciis ductus (in primis simillima utrobique manu et, quantum id fieri potuit, eadem foliorum utriusque a se restituti codicis magnitudine et forma) tantam inter **Π** et **Δ** similitudinem deprehendit ut eas ad unum eundemque librum referendas esse statuerit.[27] quod si verum est, non solum proles *γ* et ***αβ*** iam labentis imperi aetate separatas fuisse sed etiam codices generis *γ* non

25 Catalogue of the Greek Papyri in the John Rylands Library, Manchester 1, ed. A. S. Hunt, Manchester-London 1911, Nr. 61, 193–194; The New Palaeographical Society: Facsimiles of Ancient Manuscripts, Ser. 2, Vol. 1, London 1913, Tab. 55; J. K. Schönberger, Neue Funde (Papyri), JAW 167, 1914, 283; C. H. Moor, Latin Exercises from a Greek Schoolroom, CP 19, 1924, 321–322; R. A. Pack, The Greek and Latin Literary Texts from Greco-Roman Egypt, Ann Arbor [2]1967, Nr. 2923, 145; C. A. Lowe, Codices Latini Antiquiores (= CLA) 2, Oxford 1972, Nr. 224, 30 et 53; R. Seider, Beiträge zur Geschichte und Paläographie der antiken Cicerohandschriften, BW 13, 1979, Nr. 43, 108–110. cf. etiam R. E. Gaebel, The Greek Word-Lists to Vergil and Cicero, BRL 52, 1970, 284–325, ubi quantum quantulumve in scholis et vulgo lingua latina in orientali imperi Romani parte potuerit quaeritur.

26 H. Harrauer, Ein neues bilingues Cicero-Fragment auf Papyrus (P. Vindob. L 127), WS N.F. 16, 1982, 212–219.

27 H. Maehler, Bemerkungen zu dem neuen Cicero-Fragment in Wien, ZPE 52, 1983, 57–59.

unam duasve Catilinarias sed omnes continentes iam illis temporibus exstitisse dilucide apparet. quod haud parvi interest scire propter ea quae de familiarum nexu ad singulas orationes pertinente disputavit G. B Alberti, qua de re infra dicendum erit.

Utut est, certe ad diversum a fonte **ΠΔ** antiquum librum
Γ redire videtur Papyrus Vindobonensis G. 30885 a+e (**Γ**) item bilinguis itemque saec. fere iv/v in Aegypto confecta, qua quattuor codicis frustulis servantur orationis primae particulae §§ 15–20 ita: 15,165–166 *catilina* / *κατ*[*ιλινα*] – [*i*]*ucundus* / [*η*]*δεα* 16,177–179 [*quotiens*] / *οσακις* – [*et elapsa est*] / *και* ... *η*[; 16,180–183 [*initiata*] / ... [– [*quo debeo*] / [*ωτινι χ*]*ρη εστιν*; 17,203–204 [*concederes*] / [– [*nihil*] / *ου*[*δεν*]; 17,205–18,209 [*neq· aucto*]*rita*[*t*]*e* / *ουτε την δε*[*σποτιαν*] – *flagitium* / *ατ*[*οπημα*]; 18,211–213 *leges* / *νομους* – [*nunc vero*] / [*νυ*]*ν δε*; 18,215 [*timeri*] / [*ταρβ*]*ιν* – [*consilium*] / [*την*] *βουλιν*; 19,231–20,235 [*et ad vindican*]*dum* / *και προ*[*ς*] *το εκδικιν* – [*non*] *potes* / *ουκ* [*δυνασαι*]; 20,236 [*iusti*]*s* / *δ*[*ι*]*κ*[*αιαις*] – [*soli*]*tudinique* / *και ε*[*ρημια*]. quem antiquum testem postquam primus H. Gerstinger in publicum emisit,[28] iterum accurata diligentia examinatum multisque prioris editoris mendis purgatum edidit J. Axer.[29]

28 H. Gerstinger, Ein neuer lateinischer Papyrus aus der Sammlung "Papyrus Erzherzog Rainer" (Bruchstücke aus Ciceros I. Rede gegen Catilina mit griechischer Parallelübersetzung im Pap. Graec. Vindob. 30885a und 30885e), WS 55, 1937, 95–106. praeterea huc pertinent: Y. Geerts, censura disputationis H. Gerstinger, CE 14, 1939, 181–182; Lowe, CLA 10, Oxford 1963, No. 1519, 23 et 50; Pack, No. 2922, 145; R. Seider, Paläographie der lateinischen Papyri II,1, Stuttgart 1978, 107; Idem, Beiträge, Nr. 42, 107–108.

29 J. Axer, Reedition of the Viennese Fragments of Cicero, *In Catilinam I* (P. Vindob. G 30885 a + e), Festschrift zum 100-jährigen Bestehen der Papyrussammlung der Österreichischen Nationalbibliothek. Papyrus Erzherzog Rainer (P. Rainer Cent.),

Quae quidem particulae Ciceronis studiosis ab Antiquitate adhuc concessae cum non nisi ad singula Catilinariarum verba pertineant, non multum inde fructus ad textum emendandum accedere apparet. itaque non mirum quod eas omnes in tenebras compulit splendidissima illa Papyrus Barcinonensis (**B**) quam ex collectione papyrorum qua Institutum 'Sant Lluc Evangelista' gloriatur, protractam publico usui restituit R. Roca-Puig.[30] codex est miscellaneus saec. iv/v in monasterio aliquo in Aegypto confectus qui opuscula graeca latinaque scriptorum profanorum christianorumque amplexus est, unde iam pridem ipse Roca-Puig et Psalmum responsorium (Himne a la Verge Maria) edidit,[31] et poema Alcesti conditum per dies conventus papyrologorum Oxoniensis a. 1974 primum per scholam accurate exposuit, deinde in eiusdem conventus actis omnia publici iuris fecit.[32] quod vero ad Catilinarias attinet, eo papyrus **B** inter antiquos testes eminet quod non particulam orationum sed primis xxiv foliis quibus xlvii paginae efficiuntur, priores duas invectivas vicenorum / vicenorum quinorum versuum columnis scriptas tamquam totas tenet. hoc ita intellegen- B

I. Textband; II. Tafelband, Wien 1983, 468–482; Tafel 115–116; Idem, Un' edizione bilingue di *in Catilinam I* di Cicerone della fine del IV secolo: problemi paleografici, Papiri letterari greci e latini – a cura di Mario Capasso. Papyrologica Lupiensia I, Galatina Congedo 1992, 253–264.

30 R. Roca-Puig, Ciceró. Catilinàries (I et II in Cat.). Papyri Barcinonenses, Barcelona 1977; cf. Id., Catilinàries. P. Barc. inv. nº 137 a b, Aegyptus 49, 1969, 92–104.

31 Himne a la Verge Maria, "Psalmus responsorius", ed. R. Roca-Puig, Barcelona ²1965; cf. R. Roca-Puig, Sui Papiri di Barcellona. *Anafora greca* secondo la liturgia di san Marco, Aegyptus 46, 1966, 91–92.

32 R. Roca-Puig, New literary Latin texts in the Papyri Barcelonenses (*sic!*) Collection: "HEXAMETERS ON ALCESTIS", Proceedings of the XIV International Congress of Papyrologists, Oxford, 24–31 July, 1974, London 1975.

dum, ut ex or. 1,1–29 (fol. 1–10, i.e. pp. 1–20, ubi fol. 1–2 et 4 desunt) non nisi pusillae laciniae superesse statuatur. de quibus porro hoc addendum: haud pauca fragmina foliorum 7–10 (pp. 13–20), i.e. §§ 18–29 (usque ad *verendum m*]*ihi*), quae summam 42 cm.^{2} comprehendunt, usque ad a. 1973 in Helvetia in Bibliotheca Bodmeriana domicilium habuerunt. cognito tamen codice a quo defecerunt iure quodam postlimini a praefectis Bibliothecae Bodmerianae Barcinonensibus reddita sunt.[33] deinde duo frustula foli 5 (pp. 9–10), quibus reliquiae 1,13,143–149 [*dubitas – hominum q*]*ui te* [*non* et 14,160–15,166 *ruinas*] *f*[*ortunarum tuarum*] – *ess*[*e iucundus*] continentur, manent inter papyros a Davido M. Robinson emptas designanturque P. Robinson 201, quam papyrorum collectionem diligenti custodia adservat hodie Duke University.[34] reliquae tamen papyri **B** partes inde a 1,29 usque ad secundae Catilinariae finem integra exstant.

Itaque summam rem adumbratam habes. sequitur ut de singulis familiis earumque testibus paulo accuratius disputemus. nam ex iis quae supra exposuimus novam harum orationum editionem quae subsidia critica teneat omnia haud inutilem esse patet.

C Ac primum quidem catalogum illum bibliothecae Caroli Magni quem in cod. Diez. B Sant. 66 repperisse videtur B. Bischoff,[35] verbo saltem attingamus necesse est. hic enim haec inter alia leguntur:

33 V. Cicero, Catilinaries, ed. Roca-Puig, xii–xiii.

34 V. W. H. Willis, A Papyrus Fragment of Cicero, TAPA 94, 1963, 321–327; Id., Report of Professor W. H. Willis, Duke University: P. Lat. ROB. Inv. 1: CIC. *Cat.* 1. 13–14, iii/iv, BASP 1, 1963–64, 19–24; cf. etiam Cicero, Catilinaries, ed. Roca-Puig, xiii.

35 B. Bischoff, Sammelhandschrift Diez. B Sant. 66. Grammatici Latini et Catalogus librorum, Graz 1973 (Codices selecti phototypice impressi vol. XLII), 21–3, 39, 219.

In Catelena Ciceronis libri VII.
Deiotaro rege.
Incipit Verrem actio M. Tulli Ciceronis.
Incipit Verrem libri VIII.

vix admonitu opus est haec parum accurate adnotata esse. quae tamen omnia si uno codice comprehensa fuerunt, fieri potest ut inde originem duxerit codex ille Cluniacensis (**C**) qui nunc mutilatus continet partes invectivarum in Catilinam et Caesarianarum (certe orationum pro Q. Ligario et pro rege Deiotaro habitarum), et Verrinarum.[36] nec tamen semper illas tantum partes amplexus est codex, dum integer fuit. nam numeris quaternionum ad calculos vocatis **C** praeter Catilinarias et omnes Caesarianas et fortasse totum Verrinarum corpus olim exhibuisse probabiliter statuitur.[37] quod enim de Verrinis antea credebatur **C** non nisi II 2 et 3 continuisse,[38] id vereor ut stare iam possit. nam ut ultra quaternionum numeros ascendamus, quibus tamen et sic **C** praeter Verr. II 2–3 etiam div. in Caec. – Verr. II 1 amplexum esse probari videtur, unum codicis **C** folium ubi II 4,86–92 legitur post Petersoni dissertationem in lucem prodiit.[39] quod quidem folium si re vera codicis **C** est, iam nihil obstat quin hunc testem omnes Verrinas continuisse tam-

36 Reeve et Rouse 61.

37 T. S. Pattie, The Ruling as a Clue to the Make-up of a Medieval Manuscript, The British Library Journal 1, 1975, 15–21; Reeve et Rouse 62 et 68.

38 ipse **C** non nisi particulas ex actionis secundae libro secundo (Verr. II 2,1–30; 112–117; 151–183) servat, sed cum saec. xv codex Laur. Conv. Soppr. 79 (**O**, Lagomarsinianus 42) inde transcriberetur, pleno illo codice usus est librarius. unde explicatur quod **O** licet recentissimus optimas lectiones exhibet summaeque auctoritatis est ad recensendos libros 2 et 3. v. Peterson, Collations from the Codex Cluniacensis xxii–xxx.

39 G. Vaucher, Un fragment de manuscrit de Cicéron aux Archives de Genève, Genava 9, 1931, 120–124.

quam comprobatum habeamus. accedit quod **C** a pluribus librariis Turonensibus litteris minusculis carolinis scriptus est.[40] ac notum est Turonensibus commercium cum Caroli Magni aula fuisse. quid igitur mirum si inde Turonensibus exemplar codicis **C** transcribendum bibliothecae custodes tradiderint? porro **C** nescio quo tempore in coenobium Cluniacense venisse liquido demonstravit iam Petersonius.[41] fol. enim 1 in margine superiore supra alteram textus columnam evanidis sane litteris quae tamen discerni possunt, scriptum est *De conventu Clun'*. porro in catalogo bibliothecae Cluniacensis nr. 498 qui inter aa. 1158 et 1161 confectus esse videtur, sic memoratur codex:[42] 'Volumen in quo continetur Cicero in Catillina et idem pro Quinto Ligario et pro rege Deiotaro, et de publicis litteris et de actione, idemque in Verrinis'. quod vero ad Catilinarias pertinet, quin integer codex **C** totum corpus continuerit non est dubium. amissis tamen in hac codicis parte duodecim foliis his orationum partibus hodie caremus: 1,5,53–1,17,196 *factum esse ... offensum*; 2,11,134–2,15,185 *ratione ... timeo*, 3,1,7–3,9,101 *-tutam videtis ... Cornelium ad quem*; 3,19,252–3,23,303 *imperi ... crudelissimo*; 3,27,351–4,8,117 *atque condicio ... impiis*; 4,15,225 *qua virtute* usque ad finem.

a Sed ut ad singulas codicum familias redeamus, iam supra monuimus familiam ***a*** his fere codicibus contineri: codice Cluniacensi **C**, Ambrosiano **A**, Vossiano **V**, Laurentiano **a**, Harleiano **h**. quam quamvis satis bene notam habeamus, tamen paucis saltem verbis accuratius definire non ab re esse

40 Cf. E. K. Rand, A Survey of the Manuscripts of Tours 1, Cambridge, Mass. 1929, 104–105.

41 Peterson, Collations from the Codex Cluniacensis vi. oblocutus ei postea est R. Ellis, The Holkham MS. of Cicero, CR 16, 1902, 460–461. at vide quae iterum de his rebus exposuit Peterson, The Cluni Codex of Cicero, CR 16, 1902, 401–406.

42 *V. L. Delisle, Le cabinet des manuscrits de la Bibliothèque* Nationale 2, Paris 1874, 478.

videtur. ac primum quidem eo quod testes **CAVah** haud raro in apertis corruptelis consentiunt, omnes ad eandem originem quam nota *α* vocare placet, redire manifesto apparet. cf. enim hos locos: 1,29,339 *summi viri et clarissimi cives* **Bβγ** : *summi et clarissimi viri cives* (*-is* **CAV**) **CAVah**; 1,30,354 *qui non* Prisc. **Bβγ** : *quin* **CAVah**; 1,30,354 *esse factam* Prisc. **Bβγ** : *factam esse* **CAVah**; 2,18,218 *proferentur* **Bsiγ** : *proferuntur* **CAVahb**; 2,22,279 *vitae* **Bβγ** : *vita* **CAVah**; 3,17,223 *tanta in* **βxu** : *in tota* **CAVahto**. quod si haec tibi sufficere non videntur, praesertim cum communionem stirpis in posterioribus duabus orationibus non ita frequenter exemplis illustrare liceat, scito id vitio codicis **h** factum, quem progrediente opere magis magisque a sua stirpe desciscentem atque alterutri reliquarum familiarum se adplicantem videmus. unde factum ut plerumque pro **CAVah** erroribus menda **CAVa** passim deprehendantur, velut 1,22,269 *ut te* Quint. **hβγ** : *si te* **CAVa**; 3,18,232 *nutu atque* **hβγ** : om. **CAVa**; 3,19,247 *inauratum* Arus. **hβγ** : *auratum* **CAVa**; 4,13,196 *vir clarissimus* **hβo** : *clarissimus vir* *γ* : *viri clarissimi* (*-umi* **Aa**) **CAVa**.

Ac codicum **CAV** fere simplex est causa, testium **ah** non item. tamen horum ratione non perspecta ne de illis quidem quidquam certi affirmare licet. in primis vero explicatu difficilius qua omnino via **ah** ex *α* descenderint. tota igitur res in eo versatur ut cognoscatur utrum **ah** genuina contra **CAV** praebeant necne.

Ac codices **CAV** artiore inter se affinitatis vinculo coniunctos esse ut multis aliis locis tum his probatur: 1,1,8 *tuam* **ahβγ** : *om.* **CAV**; 1,2,14 *nos* **ahβγ** : om. (in lac. **CA**) **CAV**; 1,18,208 *extitit* Quint.; Schem. dian. **ahβγ** : *extitit* / *ανεφανη* **Γ** : *existit* **CAV**; 1,23,273 *si id feceris* **ahβγ** : fuisse haec verba in **B** spatio comprobatur : om. **CAV**; 2,11,130 *intus insidiae sunt* **Bahβγ** : om. **CAV**; 3,25,322–323 *conflagrare sed se* (*se* om. **li**) *in hac urbe* (*urbe hac* **o**) **hβγ** : ante *neque hanc* inseruit **a** : ante *principes* posuit **f** (de hoc cod. v. infra) : om. **CAV**; 4,13,198–199 *minueretur … rei p.* **ahβγ** : om. **CAV** (in lac. 30 litt. **A**). itaque hos testes ad commune quoddam ex- **δCAV**

emplar quod signo **δ** significare placet, redire per se intellegitur.

εAV Ne autem putes codices **CAV** sua quemque via ex **δ** descendisse, id pondus habet, quod haud desunt loci ubi **AV** contra **C** in falsis consentiunt. cuius rei illustrandae causa adfero pauca exempla, velut 1,22,262 *duint* **C** : *duent* **a** : *dent* **h** : *donent* **AV** : *donarent* *βγ*; 1,18,218 *sin* **Cah***βγ* : *si* **AV**; 1,30,351 *imperiti* **BCah***βγ* : *imperiosi* **AV**; 4,10,137 *decrerit* **Ca** : *decreverit* **AV** : *decrevit* **h***βγ*. quorum ratione habita **A** et **V** ad unum eundemque parentem quem littera **ε** denotare nobis libet, redire manifestum est. tamen in universum tanta similitudo inter **C** et **AV** (praesertim **A**) intercedit, ut vix mirandum sit quod ipse Peterson qui de codicis **C** ratione omnia quae alicuius momenti sunt exposuit, modo **A** ex **C** transcriptum, modo eundem uno membro, quippe codicis **C** gemello **ε**, intercedente, sua via ex ***a*** derivatum esse parum sibi constans contendit.[43] recte igitur ei oblocutus est iam Clark qui praeter graviora illa, quales v.c. varietates lectionis sunt, etiam res orthographicas in contentionem vocavit. parum enim probabile est **A** ex **C** derivatum esse, si **A** saepenumero in antiquo scribendi usu conservando codici **C** vel praestet vel vetustas scribendi formas diversis locis exhibeat.[44] cf. v.c. hos locos: 1,2,13 *consili* **A** : *-ii* **CVa**; 1,18,216 *ferendum* **BCV** : *-undum* **Aa**; 1,33,389 *imperi* **A** : *-ii* **BCVa**; 2,17,198 *cur* **BCVa** : *quur* **A**; 2,18,223 *pertimescendos* (**B**)**CVa** : *-undos* **A**; 3,9,105 *capitoli* **Aa** : *-ii* **CV**; 3,15,186 *civis* (acc.) **A** : *-es* **CVa**; 4,10,135 *maximis* **CVa** : *-umis* **A**; 4,11,152 *immanitate* **CV** : in- **Aa**.

Neque silentio praetermittendum quod **A** et **V** (ratione aetatis neglecta) ita ex communi fonte **ε** descendunt ut cum uterque suas habeat lectiones et interpolationes suasque

43 Peterson, Collations from the Codex Cluniacensis viii, xviii et lvi, lxi.

44 Clark, Peterson's *Cluniacensis* 324.

omissiones, neutrum ex altero pendere pateat. sic **A** tales v.c. errores exhibet qui desunt in **V**, velut 1,19,225 *tulisses*] **V** : *tulisses sed* **A**; 1,27,306 *ut id*] **V** : om. **A**; 1,29,342 *verendum mihi* **BCVahβγ** : *mihi verendum* **Al**; 2,1,12 *geremus* Adnot. Lucan. **BCVahβγ** : *gerimus* **Abx**; 2,20,249 *raedis* **B** : *praediis* **CVfsbi**^{2}**xt** : *praesidiis* **Aai**^{1}**uo**; 3,14,168 *removisset*] **V** : *amovisset* **A**; 3,19,246 *aera*] **V** : om. **A**; 4,12,170 *vexationem* **CV** : *vexantium* **Aahsl** : *vexantiam* **biu**; 4,14,216 *denique*] **V** : om. **A**. idem valet de **V** nisi quod hic multo etiam frequentius sordibus errorum commaculatus est. etenim haec ibi v.c. occurrunt, velut 1,2,17 *nos*] **A** : om.**V**; 1,19,230–231 *et ad suspicandum ... fortissimum*] **A** : om. **V**; 2,19,227 *potiri*] **A** : *potui* **V**; 2,25,319 *cogant*] **A** : *cogitant* **V**; 3,25,321 *ea*] **A** : *illa ea* **V**; 3,26,341 *me mutum*] **A** : *monimentum* **V**; 4,8,109 *poenam*] **A** : om. **V**; 4,15,227 *commemorem*] **A** : *commemorarem* **V**; 4,18,276–277 *vobis aras penatium*] **A** : om. **V**; 4,20,299 *et scelere*] **A** : om. **V**.

C

Longe maxime inter familiae *α* codices eminet **C**, quippe qui quam fidelissime exemplaris sui imaginem reddere videatur. certe ubiubi exstat perpaucis erroribus propriis foedatus est. vix enim talia ibi occurrunt, velut 1,2,14–15 *facere rei p.*] *faceret publice* **C**; 1,3,23 *sp· melium* **AVhβ** : *spurium aelium* **Cγ** : *·p· maelium* **a**; 1,20,240 *dicis*] *dices* **C**; 2,26,323 *motu* **Bβxu** : *mutu* **C** : metu **AVato**; 3,24,316 *calamitate*] *clamitate* **C**. sed ne nimis exsultes, sicut fere expertem corruptelarum se praebet, ita penuria lectionum quae ei soli genuinae debentur, laborare videtur. nam praeter 1,22,262 *duint* **C** quod iam supra commemoravimus, non nisi duo alii loci digni sunt qui huc adducantur. itaque in loco difficillimo 2,4,38 codicis **C** meritum est quod unus ex omnibus proxime ad veram lectionem quam papyrus **B** servat, accedit: *etiam tum re probata* **B** : *etiam tum reprobatam* **C** : *etiam tum* *** (lac. decem litt.) **A** : *etiam tum rei ·P· probatam* **V** : *re etiam tum* (*dum* **ut**) *probata* **βγ** : *etiam tum probata* **ah**. deinde cf. 4,13,190 ubi verum felici coniectura codicis **C** corrector restituit: *lectissimae* **C**^{c} : *electissimae* **CAVahβγ**. tamen haud multo aliter res se habet ubi codicem **C** cum solis fa-

miliae ***α*** testibus in comparationem vocamus. nam et hic vix duobus locis soli **C** palma praestantiae danda: 2,29,368 *florentissimam potentissimamque* (*-amque et potentissimam* **o**) **BChγ** : *florentissimamque* **AVaβ**; 3,19,245 *cum et* **hβxt** : *et cum* **Cl** : *et tum* **AVao** (quo loco consentiunt in falsa coniunctionis *et* collocatione **CAVa**, sed longius etiam a vero aberraverunt **AVa** lectione *tum*).[45] qua in re unum hoc deprecor: cave opineris me haec tam sedulo collegisse ad detractanda codicis **C** merita. a quo pravo consilio alienus idcirco haec omnia adnotavi ut quo loco cumque deficiat **C**, reliquos huius familiae testes satis fideliter imaginem exemplaris **δ** repraesentare demonstretur.

Huc etiam pertinet quod codex **C** plus semel correctus

C^{1} est. pauca ipse librarius **C**^{1} intulisse videtur, praesertim initio primae orationis. unde a prioribus editoribus ita fere adnotatur: 1,2,17 *pestem istam* (*istam* sscr. in **C**) **C**^{1}**hβγ** (**C** corr. m. 1) : *pestem* **C**^{1}**AVa**; 1,3,27 *et grave* (sup. lin. in **C** m. 1)

C^{2}C^{3} **C**^{1}**ahβγ** : om. **C**^{1}**AV**. deinde duae manus correctrices **C**^{2} et **C**^{3} ipsius librarii **C**^{1} ut videtur fere aequales ita textum correxisse videntur ut quod **C**^{2} mutavit, **C**^{3} correctione erasa textum ad pristinam formam **C**^{1} revocaverit.[46] hoc re vera ita factum esse demonstratur iis saltem locis quibus mutatio in rebus orthographicis versetur, velut 1,18,213 *ferenda* **ΓC**$^{1+3}$**Va** : *-unda* **C**^{2}**A**; 1,28,328 *omnis* **C**^{2}**Aa** : *-es* **C**$^{1+3}$**V**; 2,10,109 *libidines* **BC**$^{1+3}$**V** : *lu-* **C**^{2}**Aa**; 2,19,227 *exspectant* **C**^{2} :

45 Noli nimium iis dare quae de codicis **C** virtutibus in editionis suae Praef. iv disputat Reis. etenim ex sex locis quibus vir d. codicis **C** praestantiam illustrare studet, tribus in errorem inductus est manca et huius et aliorum codicum notitia: 1,4,38 *vero* **CAVβγ** : om. **ah** (Reis: *vero* **Cβγ** : om. **AVa**); 3,18,241 *quirites* **lγ** : om. **CAVahsb** (de **C** v. app.) (Reis: *Quirites* **Cγ** : om. cett.); 3,22,295–296 ubi Reis *neglegerent … anteponerent* **Cβγ** adnotat, codex **C** omnino deficit (inde a 3,19,252 *imperi* usque ad 23,303 *crudelissimo*).

46 Cf. Peterson, Collations from the Codex Cluniacensis xiv adn. 1.

exp- **BC**$^{1+3}$**AVa**; 3,10,115 *aliquid* **C**^{2}**AVa** : *aliquit* **C**$^{1+3}$; 4,10,145 *lenissimus* **C**$^{1+3}$**V** : *-umus* **C**^{2}**Aa**; 4,14,209 *auris* **C**^{2}**Aa** : *-es* **C**$^{1+3}$**V**. alibi tamen tota haec de codicis **C** correctoribus quaestio multo implicatior esse mihi videtur quam quae sola manu **C**^{3} sive corrigente sive silente diiudicari possit. considera enim mihi hos locos: 4,12,179 quo loco editores nihil in adn. cr. adferunt, **C** exhibet *cruciatumque* adiecta supra *-que* particula *ac*, quod utrum a **C**^{1} an a **C**^{2} factum sit non facile per se distinxeris. hic igitur ex silentio scribae **C**^{3} qui supra scriptam voculam intactam reliquit, correctionem ipsi librario **C**^{1}, non **C**^{2} tribuendam esse facile tibi persuaseris. quod si verum esset, hanc ratiocinationem etiam latius adhibere liceret: velut 1,23,276 **C** praebet *concita* voce *re* supra scripta, quam tamen ne contra priores editores manui **C**^{2} ascribas, prohibet silentium scriptoris **C**^{3}; similiter 2,2,19 *prostratus quirites*, quo loco punctis supra *quirites* positis fere *prostratusque est* ob silentium correctoris **C**^{3} effecisse videtur **C**^{1}, non ut antea **C**^{2}. obstat altera ex parte quod praeterea exstant eius modi loci, velut 1,29,337 *factu* ubi in **C** littera *m* erasa *factu** legitur: unde 'aliquis correxit' admodum apte ut in re dubia in 'Collatione' adnotavit Peterson, '*factu* **C**^{2} : *factum* **C**^{1}' temere in apparatu critico Clark. his igitur similibusque diligenter perpensis nihil firmi hic subesse quo niti possis equidem censeo.[47] quapropter mihi, qui codicem ipsum non viderim, tutius visum est exceptis rebus orthographicis correctiones omnes uno siglo **C**^{c} complecti. moneo autem me eadem littera comprehendisse etiam locos supra citatos, h.e. 1,2,17 *pestem istam* **C**^{c} : *pestem* **C**; 1,3,27 *et grave* **C**^{c} : om. **C**. ne vero forte arbitreris me in ludendo versari, confer 1,4,30 quo loco in **C** supra *verum* eadem prorsus manus ut videtur adscripsit vo- **C**^{c}

47 Cf. praeterea Peterson, Collations from the Codex Cluniacensis xxxiii.

culam *tamen*, ita ut *verum tamen* legendum sit.[48] hic qua de causa editores vocem *tamen* correctori **C**^{2} tribuant, ne mente quidem mihi fingere possum.

Iam vero si quaerimus quae ratio inter **C**^{c} singulasque familias codicesve intercedat, in propatulo res mihi esse videtur. etenim iam ex iis locis quos supra adlatos vides, ubi **C**^{c} et in rectis et in falsis modo cum ***βγ*** modo cum solo ***β*** congruit, hunc scribam varietates suas ex codice aliquo generis ***β*** traxisse non est cur neges.[49]

A Iam pauca de indole Ambrosiani **A** et Vossiani **V** adnotanda. atque **A** antiquioris rationis scribendi vestigiis satis amplis insignem se praebere iam supra adnotatum. correcturas admodum paucas exhibet nec pro certo autumaveris utrum ab ipso librario an ab alio homine factae sint. cf.: 1,5,51 *iam* **CA**^{2}**Vah*βγ*** : om. Quint. **A**^{1}**o**^{1}; 2,4,46 *minucium* (*-tium* **ah**) **A**^{1}**ah** : *munatium* (*-cium* **ix**) **B*βγ*** : *monatium* **CVA**^{2} mg. : *manucium* **o**; 3,16,204 *adipes* Schol. Gron. **i*γ*** : *adipes* / [?] **Δ** : *alipes* **CA** in mg. : *aliped* **o** : *aupes* **V** : in lac. 15 litt. om. **A**, sine lac. **ah*β***. quae omnia quin ad exemplar unde **A** manasse videtur redeant, non est cur dubites.

V Librarius codicis **V** veterem dicendi rationem non curavit atque omnia ad vulgarem scribendi normam revocavit. id inde explicatur quod librarii saeculi noni et decimi neglecta orthographia antiqua suum ipsorum plerumque usum secuti sunt. id autem multo maioris est momenti, quod codex **V** quamvis passim satis fidelem sui generis testem se praebeat, tamen a familia *γ* haud omnino alienus esse videtur; quamquam admodum raro cum ea in erroribus conspirat. sed cf. 3,9,97 *data* **Aal** : *datas* **Vh*γ*** Clark : *datā* **sb**; 3,10,111 *linum*

48 Nec verum est quod asseverat Reis, Praef. iv, *tamen* testimonio Asconi refutatum esse. qua de re v. testimonia ad h.l. sub textu adnotata.

49 quem librum cur codici **b** potius quam **s** affinem fuisse adfirmet Reis, Praef. iv, equidem perspicere non possum.

CAaβ : *lignum* **Vhγ**. quae cum ita sint, non mirum quod hic illic **V** solus e familiae ***α*** testibus lectiones rectas exhibet. cf. 1,20,238 *inquis* **Vhsbγ** : *inquit* (*-d* **A**) **CAalx** : *inqui*]ḍ **B**; 1,30,351 *in* **BVhβγ** : om. **CAa**; 2,17,204 *si me* **BVβγ** : *si a me* **CAah**; 2,18,215 *vastatione* **BVβγ** : *vastationem* **CAah**; 4,13,189 *sororis* **Vhβγ** : *sorori* **CAa**. quae tamen si quis coniectura inventa esse contenderit, equidem huaudquaquam repugnabo.

Iam ad Laurentianum **a** et Harleianum **h** accedendum **ah**
est, qui non sine causa saepenumero in controversiam trahuntur. tamen inter familiae ***α*** testes non eaedem eorum sunt partes. quamquam enim haud desunt loci quibus probetur ne **a** quidem tam sincerum in memoria ***α*** propaganda esse sed tamquam leviter adspersum sive lectionibus ***β*** sive *γ*, tamen haec nihili fere ducenda prae contaminatione qua affectus est **h**. nihilo minus hos duo testes quamvis diversos ad commune quoddam exemplar ex ***α*** oriundum redire haud paucis indiciis colligitur.

Sed primum observandum praeter **a** qui solus adhuc ab **f**
editoribus adhibebatur, duos alios libros eundem prorsus textum praebere. qui sunt palimpsestus Edinburgensis, Adv. 18.7.8 (**f**), saec. xi/xii vicenorum quaternorum versuum columnis in Anglia exaratus[50] et apographon eius cod. Cantabrigiensis, Coll. Trin. 0.8.6 (1381), haud multo post (saec. xii^{2}) procul dubio in eadem regione scriptus.[51] palimpsestus

50 Munk Olsen, L'étude 1, 167; N. R. Ker, Medieval Libraries of Great Britain. A List of Surviving Books, London ^{2}1964, 189; Idem, A Palimpsest in the National Library of Scotland, Edinburgh Bibliographical Society Transactions 3, 1948–1955, 171–178 ('s. xi$^{ex.}$'); I. C. Cunningham, Latin Classical Manuscripts in the National Library of Scotland, Scriptorium 27 1973, 64–90, in primis 88–89 (hic accuratam palimpsesti descriptionem invenies).

51 Munk Olsen, L'étude 1, 160. cf. etiam L. D. Reynolds, Texts and Transmission, ed. Reynolds, 351. Catilinariae tricenorum ternorum versuum columnis scriptae continentur fol. 38^{v}–56^{r}.

f fol. 1^{v} in calce paginae notam possessoris exhibet: 'liber suctentorie thorney', h.e. abbatiae Thorney. scriptura inferiore saeculi viii partes aliquae ex auctorum Christianorum operibus adservantur, scriptura novicia inter alia fol. 1^{v}–27^{v} exhibet Ciceronis Catilinarias.

Hi duo codices **af** ita inter se conspirant ut pateat eos ex eodem fonte ductos esse, ita recentior **a** a **f** dissentit ut ex eo descriptus esse nequeat. cuius propagationis documenta inspice haec.

ηaf Primum **af** ad unum eundemque patrem quem littera **η** significavimus, redire cum permultis aliis locis tum his probatur: 1,10,116 *imperatorem*] *impia* **af**; 1,15,173 *quotiens vero* **AVl***γ* : *quotiens me* **sb** : *quotiens* **h** : om. **af**; 1,32,375 *domi suae*] *domi suo* **af**; 2,26,328 *animo meliore* **CAVh***β* : *animo meliores* **af** : *meliore* (*-em* **B**) *animo* **B***γ*; 3,11,131 *itemque*]

Quod de codicis Cantabrigiensis (**T**) origine supra statui, id propria quadam et mira prorsus tamque aequali similitudine inter codices **fT** intercedente adeo firmatur ut de hac re dubitari non possit. nam recentior **T** his tantum locis integriorem textum praebet: 1,15,176 *adsequeris* **AV** : *adsequeris nihil moliris* **aT***βγ* : *omnino adsequeris nichil moliris* **f**; 2,1,10 *pertimescemus* (*pertimis-* **B**) **BaThl***γ* : *pertimescimus* **CAVfo**^{1} : *perhorrescimus* (non *-emus*) **sb**; 2,17,204 *volent* **BCAVaTh** : *volunt* **f***βγ*; 3,9,97 *data* **AaTl** : *datas* **Vh***γ* Clark : *datā* **fsb**; 3,16,211 *mandarat* **CAVaTh***β***o** : *mandaverat* **f***γ*; 4,8,118 *ipsam*] **aT** : om. **f**. quae quidem codicis **f** menda nullo negotio a librario emendari potuisse, vix est quod moneam. unum illud pronomen *ipsam* quod desideratur in **f**, exstat in **T**, dubitationem quandam movet. quod tamen unde **T** traxerit, non una ratione fingi potest.

Accedit alterum: in initio primae orationis librarius **f** hic illic paucis verbis omissis spatia vacua in textu reliquit, quae paulo post manus correctrix pallidiore atramento usa supplevit. aliquot exempla pono: 1,3,28 *auctoritas huius ordinis* in lac. om. **f**^{1}**T** : suppl. **f**^{2}; 1,4,30 *uti L. Opimius consul videret* in lac. om. **fT** : suppl. **f**^{2}; 1,5,48 *autem castrorum* in lac. om. **f**^{1}**T** : suppl. **f**^{2}. quod vero lacunis illis hiat etiam **T**, id eo explicatur quod **T** descriptus est ex **f** ante quam corrector **f**^{2} in hoc libro grassatus est.

item **af**; 3,16,211 *confectum*] *infectum* **af**; 3,24,308 *vidistis*] *audistis* **af**; 4,2,24 *proponetur*] *proponeretur* **af**; 4,6,84 *et* **AVhβo** : *ac γ* : *aut* **af**.

Deinde si rationem qua inter se coniuncti sunt **a** et **f** spectes, primum adnotare necesse est minorem natu **a** non ex vetustiore **f** manasse sed sua via ex communi fonte **η** descendisse. quod ut planum fiat, inspice v.c. hos locos: 1,20,234 *dubitas*] **a** : *pergere dubitas* **f**; scilicet *pergere* pro varia lectione supra *abire* scriptum adeo genuinam vocem non expulit ut ipsum insuper falsum locum occupaverit; 2,9,103 *et fame et* (*ac βγ*) *siti*] **a** : *fame siti* **f**; 2,14,163 *suo nomine*] **a** : om. **f**; 2,15,179 *horribilis*] **a** : *terribilis* **f**; 3,2,9 *certa*] **a** : *ei certa* **f**; 3,13,158 *senatus*] **a** : om. **f**; 4,3,40 *revocat*] **a** : om. **f**; 4,10,142 *dependisse*] **a** : dedisse **f**. quae cum ita sint, neutrius horum codicum in restituendo **η** carere possumus. quamvis autem palimpsestus **f** Laurentianum **a** aetate superet, tamen hunc bonitate praestare ipsa lectionum varietas docet. etenim **a** omnino quinquaginta ferme locis ubi librarius **f** in errorem incidit, veram lectionem servavit. qua codicis fide commotus ne nunc quidem pro eo in adnotatione critica librum **f** substitui. itaque ubi solus **a** memoratur, memento idem **f** praebere, ubi **a** et **f** inter se discrepant, lectiones **a** pro huius libri erroribus propriis habendas. unde etiam insuper lucrum redundat. nam codice **f** adhibito cernitur quam saepe priores editores lectiones **a** pluris iusto aestimaverint. cf. hos locos (ubique etiam app. cr. inspiciendus): 2,3,33 *quam multos ... putarent*] **f** : om. **a** Halm[1]; Madvig[1]; 2,10,112 *pridem*] **f** : *pridem deseruit* **a** Mueller : *pridem defecit* **x**[2]; 3,13,156 *Quirites*] **f** : om. **a** Halm[1]; 3,15,191 *patefactis*] **f** : *patefacta* **a**, unde *patefacta* <*re*> coni. Halm[1].

Iam de Harleiano **h** agendum, quem testem familiae *a* esse post Clarki disputationem singularem[52] inter omnes iam convenit neque in re concessa exemplis adferendis opus **h**

52 V. Clark, Collations from the Harleian Ms., xxv–xxix.

est. cuius in libri rationes cum curiosius inquirerem, mox ζ intellexi eius scripturam redire ad librum quendam ζ – sic enim eum vocare placet – unde praeterea originem traxerit etiam **η**, sed ita ut cum **η** maximam partem simpliciter inde transcriberetur, **h** vel potius eius pater uno illo exemplari non contentus varias lectiones aliunde conquisiverit. ita factum est ut communis illa codicum **h** et **η**(= **af**) origo plerumque obscurata evenerit. peropportune autem accidit quod scriptor libri ζ haud raro singularibus prorsus erroribus textum ex ***a*** derivatum ita pessum dedit ut sicubi aliqua menda non nisi in his codicibus obvia sunt, ea pro communis originis indiciis habenda mihi esse videantur. nam utrobique plus semel eadem ratione peccatum esse parum verisimile est. quam librari ζ licentiam vel potius codicum **ηh** communionem ut aliquatenus illustremus, haec mihi exempla conferas: 1,4,38 *vero* **CAV*βγ*** : om. **afh**; 1,4,39 *eius* **CAV** : *huiusce* **afh** : *huius* ***βγ***; 1,7,81 *te* hic hab. **AVl*γ*** : ante *contentum* **ah** : om. **sb**; 1,8,87 *mecum tandem* **BAV*βγ*** : *tandem mecum* **afh**; 1,12,137 *proprium est* **AV*βγ*** : *proprium* **afh**; 1,13,144 *iam tua* **A*βγ*** : *tua* (*tu* **h**) *iam* **afh** : plura om. **V**; 1,16,181 *putas esse* **AV*βγ*** : [*esse putes*] / ιναι λογι[ζη ν]ομιζης **Γ** : *putas* **afh** (sed in **f** ita: *putēs*; an levi errore pro *putas esse*?); 1,17,200 *aspectum* **CAV*βγ*** : *aspectus* **afh**; 1,17,204 *diu nihil te* **CAV** : *diu de te nihil* **afh** : *de te diu nihil* **t** : *diu nihil de te* ***βγ*** : *diu nihil te cati*]*lli* | [*na* **B** : de **Γ** non liquet; 1,18,211 *neglegendas* (*negleguendas* **A**) **CAV*βγ*** : *vertendas* **afh**; 1,24,280 *sciam* **CAV*βγ*** (et **B** ut vid.) : *sciam iam* **afh**; 1,27,304 *cum* Char.; Dosith. **CAV*βγ*** (et ut vid. **B**) : *tum cum* Diom. **afh**; 2,1,7 *comparabitur* (*con-* **B**) Schol. Clun. **BAV*βγ*** : *comparabitur* sed *bi* punctis sscr. notatum in **C** : comparatur **afh**; 2,6,77 *aurelia via* **BCAV*βγ*** : *aureliam viam* **afh**; 2,21,270 *pereant* (*periant* **B**) Adnot. Lucan. **BCAV*βγ*** : *pereunt* **afh**; 2,23,281 *omnes*[1] **BCAV*βγ*** : om. **afh**; 3,3,20 *quirites* **AV*βγ*** : om. **afh**; 3,16,209 *neque lingua neque manus* Schol. Gron. **CAV*βγ*** : *neque manus neque lingua* **afh** : *neque manus* **b**; 4,12,167] *se* **CAVlo** : om. **afh** (v. app. cr.); 4,16,250 *modo* ***βγ*** : *nunc modo* **AV** : *non modo* **afh**. fac hic illic codi-

ces η(= **af**) et **h** casu in eundem errorem incidisse. sunt tamen loci quibus fieri vix potuerit ut et in η et in **h** eodem modo peccatum sit. itaque quin hae lectiones ad unum fontem ζ referendae sint non est dubium.

Gravissimum vero quod manifesta indicia exstant quae ducant ad contaminationem quandam qua scriptura *α* tam in **h** quam in η commixta sit aut cum *β* aut cum *γ*, ita ut et **h** et η impressa habeant modo manifesta *β* vestigia modo non minus clara *γ*. certe ex libro aliquo *β* – cuius tamen scripturam non ex solo codicum **sb** consensu (id quod fecit Reis) sed praeter hos ex **l** et ubi **l** deficit, ex **i** cognosci infra demonstratur (i.e. *β*=**sbi**) – haec v.c. desumpta in **h** inveniuntur: 2,11,129 *unius* **BCAVai***γ* : *unius populi ·R·* **hsb**; 2,14,176 *miserum* Ps. Ascon.; Prisc. **BAVa***γ* : *timidum* **h***β***x**; 3,21,278–279 *contra salutem omnium cogitata* **AVa***γ* : *contra senatum salutemque* (*et salutem* **h**) *omnium cogitata* **hl** : *cogitata contra senatum salutemque omnium* **sb** (certe additamentum illud *senatum* ad *β* pertinet); 3,26,338 *memoriam* **CAVa***γ* : *memoriam vestram* **h***β***x**; 4,14,219 *sentirent* **xlo** : *sentire* **CAVaut** : *sentiunt* **h***β*; 4,20,294 *redeo* **AVai***γ* : *redeam* **hsb**. contra ad genus *γ* spectant e.g. hi loci: 1,7,76 *roma* **AVa***β* : *romę* Char. **h***γ*; 2,25,303 *rebus* Arus.; Schol. Gron. **BCAVa***β* : *rebus omnibus* **h***γ*; 2,27,337 *monitos* **CAVa***β* : *monitos esse* Sacerd. **B** : *monitos eos* **h***γ*; 3,3,31 *restitissent* **AVa***β* : *remansissent* **h***γ*; 3,8,86 *fidem* **AVa***β* : *fidem ei* **h***γ*; 3,10,118 *conscientia* **CAVa***β* : *conscientia convictus* **h***γ*; 3,14,180 *hac* (ex *ac-* $\mathbf{C}^{c}$) **CAVa***β* : *vi ac* (*inac* scr. $\mathbf{t}^{1}$) **hi***γ* : *in hac* $\mathbf{t}^{2}$; 4,7,100 *oppetiverunt* **Aa***β* : *optinuerunt* **V** : *appetiverunt* (*-tierunt* **o**) **h***γ*.

In codicibus **af** vestigia lectionum aliunde ductarum minus aperta deprehenduntur. itaque ea quae re vera occurrere videntur, propterea quod plerumque levia sunt, nihili aestimanda esse adfirmat W. Richter.[53] nec quidquam refert

53 W. Richter, censura editionis ab A. Haury Parisiis a. 1969 emissae, Gnomon 44, 1972, 764 adn. 4.

quod vir d. codice **f** nondum in lucem prolato iudicium de solo **a** tulit, cum eum admodum fideliter communem fontem **η** reddere supra observarimus. sed vereor ne quod contendit, non probaverit ille vir eruditus. etenim **h** eo tantum ab **η**(= **af**) differre mihi videtur quod multo pluribus locis vel *β* vel *γ* lectiones exhibet. ceterum hi codices eodem modo atque **h** inter *β* et *γ* fluctuant. quod fere ita factum esse puto, ut iam in exemplari ζ unde descripti sunt et **η** et **h** codices, generis *α* lectionibus fere alteras sive *β* sive *γ* in margine additas fuisse conicio. unde librarii **ηh** suo quisque iudicio usus eam semper quae qualibet de causa placebat vel displicebat, aut elegit aut neglexit. atque codex **η** multo rarius verba prius scripta modo ad *β* modo ad *γ* mutavit, unde multo sinceriorem se testem familae *α* praebet. nihilominus ne ipse quidem utriusque familiae lectionibus caret. itaque ad *β* hos locos referas, velut 1,6,65 *coniurationis* **AV***γ* : *coniurationis tuae* **afh***β*; 1,13,147 *delectare* **BAV***γ* : *delectari* **afh***β***x**; 1,25,288 *tua ista* **CAVl***γ* : *ista tua* **afhsb**; 4,13,198 *rei ·p·* **CAV***γ* : *dignitate rei p.* **h***β***x** : *rei ·p· dignitate* **af** (interpolatam vocem ex *β* sumptam esse liquet). ad *γ* vero spectant 1,31,364 *hic* **BCAV***β***xt** : *quod* **afhuo** (**uo** ad *γ* redeunt); 2,9,100 *catilinae* **CAV***β***x** : *catilinae esse fateatur* **afh***γ* cui lectioni repugnat praeteritum *sodalem fuisse* (aliter de h.l. censet Sternkopf, q.v.) : om. **B**; 4,2,20 *miserrima* Schol. Gron. **AV***β***l**² : *miseria* (*misera* **t**) **afh***γ*; 4,11,160 *moveor* **CAVsbl**² : *movear* (*-at* **t**) **afh***γ* : *admoveor* **i**; 4,13,198 *minueretur* **af***γ* : *diminueretur* **h***β* : plura om. **CAV**. Itaque **η** eodem modo se gerit quo **h**, quamquam numero lectionum aliunde desumptarum longe superat **h**.

Separatim vero commemorandum quod 3,25,322–323 evenit. hic igitur **h***βγ* praebent *neque hanc urbem conflagrare sed se in hac urbe florere voluerunt*, codices **CAV** omissis *conflagrare … urbe* transpositoque pronomine *se* post *florere* (de hoc v. app. cr.) non nisi partem enuntiati servant *neque hanc urbem florere se voluerunt*, testes **af** vero ita codicum **CAV** textum reddunt ut **a** verba omissa ante *neque* inseruerit, **f** ante *principes* (v. textum), praeterea et **a** et **f**

pronomen *se* suo loco positum exhibeant. quo de loco duo adnotanda. primum supplementum illud in **h** aptissime ipsi orationi intextum in **η** margini appictum fuisse, deinde eo quod **CAV** in pronomine *se* falso loco posito contra **ηh** consentiunt, demonstari inter patrem familiae *a* et **CAV** unum saltem membrum quod supra littera **δ** significavimus, re vera intercedere. itaque testimonio **ηh** debetur ut statuere liceat hoc loco in codice **δ** peccatum esse, errorem non ultra ad patrem familiae *a* ascendere. quo fit ut etiam non nulli **CAV** errores initio huius Praefationis adlati ad **δ** referendi potius quam ad ipsum *a* videantur.

Itaque ne ζ quidem traditionis *a* rivulo carere possumus. certe aliquanto plenior inde huius familiae imago effici videtur. quamquam in universum parum in codicibus **afh** auxili positum. haud multum enim inde lucramur si quidem non nisi haec digna sunt quae laudentur: 1,19,220 *ita ut* **afho**² : *ut* **CAV***βγ*, 2,12,142 *quid ut* **afh** : *qui* (*quod* **o**¹) *ut* **B***βγ* : *qui* Schol. Gron. **AVo**²; 3,12,143 *quis* **afhb**²**o** : *qui* **CAV***βγ*. itaque aegre redargui poterit si quis haec omnia coniecturae deberi sibi persuaserit. altera tamen ex parte eius modi loci considerandi sunt, velut 1,22,262 ubi **C** genuinum *duint* praebet, quod in **AV** per *donent* explicatum esse videtur, *βγ* exhibent *donarent* nimirum e falsa coniectura. summi igitur momenti est quod hic lectiones codicum **af** *duent* et **h** *dent* proxime a vero abesse liquet. quod aliter explicari non posse videtur nisi eos sua via e fonte *a* fluxisse statuitur. ad ipsam vero antiquitatem referendus est locus 2,12,143 ubi genuina codicum **afh** lectio *quirites* testimonio papyri **B** firmatur, quae in **AV***β***i***γ* desideratur. praeterea mirandum quod 4,13,202 ex his codicibus solus **f** nomen proprium *cassio* exhibet, quod omissum ab **CAVahsblut** (etiam ab eius apographo) non nisi in **ixo** servatur, quamquam dubitandum num hinc in **f** transierit.

Nihilominus equidem non mirabor si quis posthac paucis locis exceptis huius memoriae patrocinium omnino deserendum esse putaverit. quaecumque enim eius fuit origo, in ipso textu constituendo utilitatem fere habet nullam, suspici-

onem plurimam. quod vero ne ipse faciam, prohibet me huius stirpis, praecipue codicis **a** (et **f**), auctoritas quam in conficiendis codicibus mixtis exhibet. quapropter codici **a**, interdum etiam ubi e re videbatur **f** et **h**, locum in adnotatione critica concedere non dubitavi.

Restat ut de quibusdam singulis familiae *α* testibus qui
ς libentius ab editoribus usurpantur quam investigantur, pauca hoc loco adnotemus. inter hos agmen ducit codex qui Caroli Stephani nuncupatur, cuius varietatem lectionis postea signo ς notatam in editione Lutetiana anni 1554 exhiberi supra monuimus. quamvis autem ς inde ab illa editione usque ad nostram fere aetatem inter Catilinariarum testes saepe numeretur, qua ratione cum reliquis familiae *α* codicibus cohaereat nemo adhuc editor cognoscere ne conatus quidem est. cuius incuriae ne et ipsi argui possimus, haec animadvertenda. quaerenti enim statim apparet codicem ς adeo familiae *α* esse testem, primum ut proxime ad codicem **V** accedat, deinde ut non ex hoc ipso sed ex eiusdem generis recentiore aliquo transcriptus esse videatur. hic igitur in
v primis in censum vocandus codex Bibl. Britannicae Harleianus 6522 (**v**) a. 1469 Andegabi (Angers) scriptus, qui re vera cum simillimum codici **V** textum exhibet, tum a scriptura ς fere non decedit.[54] cuius congruentiae illustrandae causa ex longa admodum serie pauca adfero exempla: 1,1,9 *egeris*] *gesseris egeris* **V** : *gesseris* **v**ς; 1,10,111 *tu*] om. **Vv**ς; 1,29,336 *hoc*] *de hoc* **Vv** : *de homine* ς e Stephani coniectura; 2,3,34 *improbitatem*] **V** : *infirmitatem* **v**ς; 2,26,330 *hoc*] om. **Vv**ς; 2,27,338 *expectavit*] *spectavit* **CVv**ς; 3,2,16 *restinximus idemque*] om. **Vv**ς; 3,4,32–33 *et scelere*] *om.* **Vv**ς; 3,7,82 *vidistis*] *audistis* **Vv**ς; 3,22,294 *et posse* **h***γ* : *posse* **Aa***β* : *possit* **Vv** : *et*

54 Adde quod eandem conformationem verborum exhibet cod. Bibl. Britannicae Add. 21242 saec. xii$^{ex.}$ in Anglia vel Gallia exaratus, qui tamen non nisi partem Catilinariarum 1–2,24,302 *presidia vestra* tenet.

possit ς; 3,25,319 *atque illae tamen omnes*] *atque ille tamen* (*tantum* **v**) **Vv**ς; 3,25,321 *in ea*] *in illa ea* **Vv**ς; 4,8,105 *id quod*] *quod* **Vv**ς. quibus perspectis testis ς partes omnino deserendas esse manifestum est.

Accedunt duodecim excerpta quae Iacobus Cuiacius, celeberrimus apud Gallos iuris consultus, in libro xii 'Observationum et emendationum' anno 1573 Lugduni in publicum emisit.[55] ex his oculos in se vertunt quinque, reliqua septem, utpote quae vel ex libro aliquo generis *γ* ducta sint vel nihil singulare exhibeant quo nisus cuius familiae sint definire possis, missa facio.[56] ac primum quidem adfero 1,22,261–262 *utinam tibi istam mentem di immortales duint* ubi *duint* solus **C** tuetur, in reliquis varie peccatum est. quae quidem verba quin Cuiacius ex ipso **C** traxerit non dubitatur. eodem (non Cuias

55 ad manum habui Iacobi Cuiacii Iurisconsulti Opera, quae de iure fecit, et edi voluit, Tomi i–iv, Francofurti 1623, ubi Cuiaci excerpta invenies in Tomo iv: Observationum et emendationum libri xxviii, col. 297, Liber xii 32. de anno quo Observationes publici iuris factae sunt consulendus E. Spangenberg, Jacob Cujas und seine Zeitgenossen, Leipzig 1822, 247–248. praeterea adeunda quae de his rebus disseruit Peterson, Collations from the Codex Cluniacensis xxxii–xxxiv.

56 quae sunt:

a) familiae *γ* 2,18,221 *certare cum usuris et fructibus praediorum* (*usuris* **Bαβx** : *usuris et* Cu.*γ*); 3,13,156–157 *senatum consului de summa Reip. salute* (*re p.* ***αβ*** : *rei ·p· salute* Cu.*γ*); 3,18,234–235 *quod vix videtur humanis consiliis tantam molem rerum gubernatio consequi potuisse* (*videtur* Cu.***β*x** : videretur ***α**γ* | *humani consili* ***αβ*o** : *humanis* (om. **u**) *consiliis* Cu.*γ*) | *tantarum rerum* ***αβ*** : *tantam molem rerum* Cu.*γ*)

b) incertae originis 1,11,125 *summa salus periclitanda Reip.*; 1,14,161–165 *ad illa venio quae* [162–163 *non ... sed*] *ad summam rem publicam* [164–165 *atque ... salutemque*] *pertinent* (*rem p.* Cu.**Bαli***γ* : *rei p.* **sb**); 2,10,112 *obligurierunt* (pro *obligaverunt*; illud Cuiacio placet ob Firm. math. 5,5,2 *faciet audaces, temerarios, obliguritores*); 4,24,347–348 *de summa salute* [*vestra*] *populi*[*que*] *Romani*).

ad **A** vel **V**) spectare videtur 1,29,337 *ego si hoc optimum factum iudicarem* ubi genuinum *factu* servant **Vahbo**, Cuiaci *factum* exhibet **A**, exhibuitque ante correctionem **C**. quae cum ita sint, librum Cluniacensem **C** diu abditum publicove usui denegatum Cuiacium ad manum habuisse veri simillimum est. contra ad librum quendam codicibus **Vv** similem, fortasse ad recentiorem illum quo usus est Stephanus nescio an referas 1,22,268–270 *neque enim ... revocarit* ubi erroribus *sis* pro *is es* et *si te* pro *ut te* tam **CAV** quam Cuiaci textus laborat, sed in *revocaverit* pro *revocarit* consentit Cuiacius cum **V**. adde quod ad eundem fontem redire videtur 1,8,85–86 *nihil cogitas quod ego non modo non audiam sed etiam non videam* ubi item Cuiacius conspirat cum **V** in *non modo non*, **Aah*βγ*** praebent *non modo*, particula *non* post *quod* inserta sententiam sanavit Halm[1]. fieri autem potest ut illud *non* ante *videam* positum eandem ob causam inseruerit ipse Cuiacius. explicatu difficilius unde Cuiacius traxerit 3,20,263 *conlocandum consules illi locaverunt* ubi genuina lectio *locaverunt* eaque admodum rara ut nullius integrae familiae propria est, ita singulorum tantum diversae originis codicum testimonio debetur (v. app. cr.).

Quae cum ita sint, in universum nihil fere quod scire operae sit pretium ex Cuiaci excerptis ad Catilinariarum emendationem redundare patet. id potius viri d. in has orationes est meritum quod bonae fidei testimionium ad illustrandam textus historiam praebet, ubi in primis animadvertas velim cod. Cluniacensem **C** re vera saeculo xvi ex longa oblivione in eruditorum notitiam pervenisse videri. ne tamen plura de hac re disputem multa me prohibent. nam quod in Verrinis adfirmat Peterson,[57] scripturas varias a Francisco Fabricio Marcodurano[58] in Dionysi Lambini

57 Peterson, Collations from the Codex Cluniacensis xxx–liii.

58 de huius vita cf. W. Schmitz, Franciscus Fabricius Marcoduranus, Köln 1871; C. Bursian, Geschichte der classischen Philologie in Deutschland, München-Leipzig 1883, 208ff.; Allgemeine Deutsche Biographie 6, Leipzig 1877, 507.

usum enotatas[59] et eas quas ex schedis Iani Gulielmi,[60] qui has copias ab Ioanne Matalio Metello acceperat,[61] Ianus Gruterus editioni suae (Hamburgensi a. 1618) inseruit nec non eas quas Petrus Nannius[62] in libro quodam singulari ex codice aliquo excerpsit,[63] ad ipsum Cluniacensem eumque nondum mutilatum redire, id examinatis illis libris ad Catilinarias non pertinere spondeo. sic Petersoni laus est quod post Cuiacium anno demum 1901 codex ille celeberrimus **C**, quamvis iam mutilatus, iterum e tenebris emersit idque ad perpetuam lucis usuram.

59 inveniuntur in editione repetita quae post Lambini mortem prodiit: M. Tullii Ciceronis Opera omnia quae exstant a D. Lambino . . . ex codicibus manuscriptis emendata et aucta. Orationum ... volumen II, Lutetiae Parisiorum 1573.

60 Gulielmum in codicibus enotandis usum esse editione Lambiniana: M. T. Ciceronis Opera omnia quae exstant a D. Lambino ... ex codicibus manuscriptis emendata. Operum Tomus secundus qui continet orationes omneis quae exstant, Lugduni apud Petrum Santandreanum 1577. quod exemplar hodie asservari in Bibl. Univ. Leid. siglo 762. B. 9/10 instructum ostendit P. L. Schmidt, Die Überlieferung von Ciceros Schrift "De legibus" in Mittelalter und Renaissance, München 1974, 218–223. de Gulielmi vita disseruit J. H. von Seelen, De Iani Gulielmi Lubecensis, philologi et poetae celeberrimi, eximiis in litteras humaniores meritis disputatio, Miscellanea 1, Lubecae 1734; cf. etiam Bursian, Geschichte 240–242.


61 V. Nouvelle Biographie Générale 34, Paris 1861-, s.v. Matal (Jean); cf. P. Lehmann, Franciscus Modius als Handschriftenforscher. Quellen und Untersuchungen zur lateinischen Philologie des Mittelalters 3.1, München 1905, 13.

62 V. Biographie Nationale 15, Bruxelles 1899, s.v. Nanninck (Pierre).

63 M. T. Ciceronis Accusationis in C. Verrem liber V Oratio VIII, Cui addita sunt Scholia et castigationes Petri Nannii Alcmariani, in Collegio Buslidiano Latini professoris, in quartum simul et quintum actionum Verrinarum (sc. II 2 et 3), Lovanii 1546; scilicet Nannius omnino a Catilinariis amovendus.

Sed ut finem huic Praefationis parti imponamus, unam rem verbo saltem attingamus necesse est: familiae ***α*** deberi scholia quaedam in marginibus codicum et Cluniacensis **C** et Ambrosiani **A** apposita, quae quin ipsa antiquitas nobis concesserit vix est quod dubites. monendum tamen in codice **A** non nisi orationem quartam his scholiis instructam esse, in **C** omnes quattuor. quae omnia si accuratius cognoscere vis, adeunda tibi est editio Theodori Stangl (v. 'Testimoniorum editiones').

Quo vero facilius omnia quae adhuc de familia ***α*** disputata sunt comprehendantur, tale fere stemma codicum constituendum videtur:



In instruendo vero apparatu critico ne idem codices praeter necessitatem etiam atque etiam iterarentur, rem ita institui ut signo ***α*** codices **CAVa** vel ubi **C** deficit, **AVa** comprehendere mihi visum sit. porro codex **h** plerumque non nisi eam ob causam adducitur ut id quod supra de communi **ηh** origine ζ disputatum est, ante oculos ponatur, praeterea perpaucis locis quibus scriba aliquid memorabile coniectura divinavit. codex **f** tamquam obrussa hic illic adfertur qua fides lectionum **a** ex **η** ductarum exigatur. reliquos huius familiae testes utpote ad cognoscendam scripturam ***α*** non facientes in adnotatione critica laudare nihil attinet.

β Familiae ***β*** testes primarii sunt primum codex Harleianus **l** et Indersdorfensis **i**, tum liber Salisburgensis **s** et Benedictoburanus **b**. quod vero P. Reis in editione sua codicum **l** et **i** fere rationem non habuit, parum commode fecit. in errorem autem vir d. inductus esse videtur eo quod neque codicis **l**

nec **i** iustam collationem praesto habuit. nam A. C. Clark quamquam codicis **l** auctoritatem plurimi aestimavit, tamen pro editionis suae ratione non omnia quae inde enotanda erant rettulit. itaque quod in hoc codice defectu aliquot foliorum nunc desiderantur 2,8,97–24,294 *-credibile ... cohortem* et 2,27,344–3,3,27 *conatumve ... nam tum*, ex Clarki ratione adnotandi ubi **β** est **lsb** (non soli **sb**), ne suspicari quidem possis. nam haec v.c. ibi notas textui subiectas invenies, velut 2,10,110 *et*] *ac* **β**γ pro **sb**γ; 2,13,154 *in proxima* **βx** pro **sbx** (quae lectio mihi quoque **β** est sed aliam ob causam); 2,17,204 *volunt* **β**γ pro **sb**γ (v. adn. anteced.), 2,29,368 *florentissimam potentissimamque*] *florentissimamque* **AVaβ** pro **AVasb** (v. adn. anteced.). utut est, certe Clarkio debetur quod inde a 4,1,8 *acerbitates* codicem **l** generis γ fieri notum est. feliciter igitur accidit quod ubiubi **l** deficit, testis satis locuples adest codex Indersdorfensis **i**; quo adhibito defectus libri **l** plerumque resarciri possunt. itaque iure mireris quod hunc potissimum testem non solum Clark et Reis sed etiam alii editores maximam partem silentio praeterierunt.

Atque apparuit memoriam **β** duobus quasi rivulis ex antiquis saeculis ad medii aevi studia in Germania renovata[64]
deductam esse, quorum alterius testes sunt codex **l** et ubi **l** **l(i)**
deest, **i**, alterius **s** et **b**. summi autem momenti est in orati- **sb**
onibus 1–3 quattuor testium **lisb**, in oratione 4 trium **isb** menda exstare communia: 1,7,71 *ante diem*] *in ante diem* **lisb**; 1,31,372 *vehementius*] *vehementius ·p·c·* **lisb**; 2,26,327 *manum certissimam*] *manum fortissimam certissimamque* **lisb**; 3,5,55 *inter eos*] om. **lisb**; 3,18,239 *tam*] *ita* **lisb** (quibus se applicat **x**); 3,22,280 *isti*] *illi* **lisb**; 4,9,129 *inter*] om. **isb**; 4,13,204 *nefando*] *tam nefando* **isb**; 4,17,264 *etenim*] *et* **isb**; 4,22,319 *quod*] *quia* **isb**. haec communis originis **β** certa sunt vestigia. ipsum vero familiae patrem redire ad antiqua tempora cum ex certis testimonii efficitur tum ex singulorum

64 Cf. Reeve et Rouse 62 et 64.

codicum varietate scripturae. illuc trahas duos locos quos ex Luciferi (floruit ca. aa. 355–361), episcopi Caralitani, opusculo q.i. *moriundum esse pro Dei Filio* protulit L. Ferreres (v. 'Testimoniorum editiones'), qui sunt moriund. 1,54 (v. ad 4,18,272–274) et ib. 2,1 (v. ad 4,20,297–298); huc pertinet singulorum familiae ***β*** codicum cum papyro **B** consensus. cf. enim hos locos: 2,5,57 *ad curiam* **B**$_1$*αγ* : *in curiam* **B**$_2$**l** : *in curia* **isbo** (de notis **B**$_1$**B**$_2$ v. app. cr.); hic igitur **lisb** consentiunt in falsa praepositione *in*, ablativo *curia* longius a vero defecerunt **isb** contra **l** qui cum **B** facit. praeterea cf. hos locos: 1,24,285 *carere diutius* ***α*l*γ*** : *diutius carere* **Bsbt**; 2,3,24 *esse omnes* ***α*l*γ*** : *omnes esse* **Bsb**; 2,4,41 *possetis* ***α*l*γ*** : *possitis* **Bsb**; 2,19,239 *conscelerata* ***α*i*γ*** : *scelerata* **Bsbo** : deficit **l**. horum omnium ratione habita familiam ***β*** non medii aevi recensionem ullam esse sed ad ipsam antiquitatem referendam probabiliter statuitur.

i Quod vero supra de **i** dictum est, id inde efficitur, quod hic codex et in bonis et in falsis adeo cum **l** conspirat ut apographon eius praesto nobis esse in propatulo sit. at ut genuinas lectiones missas faciam, inspice paucos locos quibus **i** fideliter errores **l** reddit: 1,17,198 *agnoscas* ***αγ*** : *agnoscis* (*adg-* **l**) **li** : *agnoscit* **sb**; 3,21,276 *eo* Prisc. **sb*γ*** : *et* **AVaho** : *et eo* **li**. conflatam lectionem iam in codicis **l** exemplari stetisse liquet; 3,21,278–279 *contra salutem omnium cogitata* ***αγ*** : *contra senatum salutemque omnium cogitata* **li** : *cogitata contra senatum salutemque omnium* **sb**; 3,25,323 *se* post *sed* hab. **asb*γ*** : post *florere* hab. **CA** : *se* omisso *non* ante *florere* hab. **V** : om. **li**; 3,25,335 *integros incolumesque* (*incolomesque* **CAVt**) ***αγ*** : *omnes* (*-is* **l**) *incolumesque* **li** : *omnes* (ante *cives* transp. **s**) *incolumes quirites* **sb**. ne longus sim, in universum eo tantum **l** et **i** differunt quod **i** praeter ea quae in **l** inveniuntur, hic illic suas ipsius vel interpolationes vel coniecturas vel prorsus propria menda exhibet: 1,10,111 *salutatum mane* ***αβ***(=**lsb**)***γ*** : *mane salutatum* **i**; 2,4,46 *calumnia* om. **i** e vera coniectura : *calumnia* Schol. Clun. **B*αβ***(=**lsb**)***γ***; 2,27,341–342 *portis custos* Arus. **B*αβ***(=**lsb**) : *custos portis* **i** : *portae custos* ***γ***. summa tamen hic opus est cautione, ne con-

sensu **li** elati codicis **i** fidem pluris iusto aestimemus. quamvis enim in universum **i** fidelissimam codicis **l** imaginem reddat, tamen haud desunt loci quibus indicatur librarium **i** non simpliciter exemplari **l** in transcribendo usum esse sed praeterea codicem aliquem generis *γ* in auxilium vocasse. unde factum est ut etiam tales lectiones in **i** inveniantur: 1,4,33 *avo* **αβ**(=**lsb**) : om. **i***γ*(=**xuo**^{1}) : *natus* e falsa coniectura **to**^{2} mg.; ib. *maioribus* **αβ**(**lsb**) : *a maioribus* **i***γ*; 3,29,379 *venerati* **αlsb**^{1} : *veneramini* **b**^{2}**i***γ*; ib. *in* **αβ**(=**lsb**)**o** : *ac in* **ut** : *et in* **ix** scilicet coniectura ob *veneramini* inventum. nihilominus ubicumque **l** deficit, equidem omnibus rebus perpensis damnum ex **i** suppleri posse confido.


Iam pauca de mutuo codicum **sb** et **l** nexu adnotandum. qui cum eius modi sit ut **sb** saepissime in erroribus contra **l** consentiant, inter patrem familiae **β** et **sb** unum membrum **sb** interponendum esse manifestum est. ut vero codicum **sb** communis illa origo aliquot exemplis illustretur, ex permultis locis adfero perpaucos : 1,1,2 *nos* Pomp.; Schem. dian. **Cal***γ* : post *diu* transp. **sb** : *om. Don. Ter.; Iul. Vict.* **AV** (**V** om. *nos eludet*); 1,27,316 *sentis* **αl***γ* : ṣ[*entis* **B** : *vides* **sb**; 2,1,10 *pertimescemus* (*pertimis-* **B**) **Bal***γ* : *pertimescimus* **α**(**f**)**o**^{1} : *perhorrescimus* (non *-emus*) **sb**; 2,5,56 *praetoris* **Bαl***γ* : *praetoris nostri* **sb**; 2,11,129 *unius* **Bαi***γ* : *unius populi ·R·* **sb** : desideratur **l**; 3,5,53 *negotium* **αl***γ* : *negotia* **sb**; 3,17,226 *consiliis occurri* **αli***γ* : *consiliis potuit occurri* **sb**; 4,10,144 *posse* **αi***γ*(=**luto**) : *non posse* **sb**; 4,20,294 *redeo* **αi***γ*(=**xluto**) : *redeam* **sb**; 4,22,320 *recepti* **αi***γ*(=**xluto**) : *recepti in amicitiam* **sb**.

Itaque artissime inter se cohaerere **sb** in propatulo est. nec tamen alter ex altero pendet: nam maior **s** haud raro **s** solus peccavit: 1,11,121 *ipsi* **αβ**(=**lb**)*γ* : om. **s**; 2,4,37 *viderem post vobis* transp. **s**; 2,13,155 *edocui* (*-it* **u**) **αb***γ* : *docui* **six** : deest **l**; 2,26,331 *eius omnis* **αβ**(=**lb**)**t** : *omnes eius* **B***γ* : *omnes* **s**; 3,16,205 *istis* **αβ**(=**lb**)**o** : *illis* **s** : *his* *γ*; 4,22,326–327 *auxilio … in omnium* **αbi***γ* : om. **s**. item ratione temporis neglecta codex **b** contra **s** corruptelas exhibet: 1,16,177 *iam* **b** *tibi* **AVβ**(=**ls**)*γ* : [*iam tibi*] / *λοιπον σοι* **Γ** : *tibi iam* **ahbt**;

1,19,223 *habitare* ***aβ***(=**ls**)*γ* : *manere* **b**; 2,15,183 *levandae* Schol. Gron. **Bsixt** : *relevandae* ***a*****buo**; 3,16,209 *neque lingua neque manus* Schol. Gron. **CAV*β***(=**ls**)*γ* : *neque manus neque lingua* **ah** : *neque manus* **b**; 3,25,322 *se esse principes* **CAa*β***(=**ls**)*γ* : *principes se esse* **V** : *se esse principes voluerunt* **b**; 4,7,94 *punctum* ***a*****si*γ*** : *ad punctum* **b**; 4,13,199 *hic* **asixu** : *hic lentulus* **lto** : om. **b**.

In codicibus **lsbi** textus perraro mutatus est. codex **l** in orr. 1–3 fere nullas correcturas habet. correcturae **s**^{2} ex cod. aliquo familiae *γ* pendere videntur: 3,6,69 *nihil dum* ***a*****lbs**^{1} : *nihil tum* **is**^{2}*γ* : *nihil tale* **J**; 3,17,219 *tanto* ***a*****iuo** : *tanti* **s**^{2}**xt** : plura om. ***β***(=**ls**^{1}**b**). idem de **b**^{2} valere videtur: 3,29,379 *venerati* ***a*****lsb**^{1} : *veneramini* **b**^{2}**i*γ***.

Sic igitur codices familiae ***β*** inter se conspirant:



Noli autem putare familiae ***β*** non nisi testes **lisb** esse. sunt enim plures quamvis illis vix aequiparandi. quamquam codicis **l** adseclam unum codicem **i** nos repperisse fatemur. ad **sb** vero pertinent complures libri iique omnes in Germania saec. fere xii (praeter Marcianum qui saeculi xi^2 est) scripti. qui sunt:[65] Venetus Marcianus lat. XIV 222 (4007)-IV; Admontensis 363-I; Sancrucensis 228; Florianensis XI. 352-

65 Hi codices accurate descripti inveniuntur ap. Munk Olsen, L'étude. quod vero supra in universum de eorum pretio statuitur, memento id ex accuratis orationum collationibus a nobis factis pendere. idem pertinet etiam ad cod. Ven. Marc., licet hic libros **sb** aetate superet. cf. enim hoc corruptelarum specimen inde desumptarum, quarum et **sb** et reliqui id genus libri expertes sunt: 1,7,70–71 *dicere … Kal. Nov.*] **lsb** : om. Ven. Marc.; 1,13,149 *non metuat nemo qui non oderit*] **lsb** : *non oderit nemo qui non metuat* Ven.

FDG(f) qui continet fragmentum 2,9,100–12,146 *non intimum … quis salutavit*; Monacensis 29220 (1., olim 29001, 1 qui continet 3,22,282–4,10,131 *-re conati … qui se popular-*; codex Zwettlensis, Stiftsbibl. 313-III, qui tenet 1,1,1–14,160 *quo usque … fortunarum tuarum*; Selestadiensis (Sélestat) 93-VIII hic illic mutilatus, in quo particula 2,1,1–13 *tandem … perdi-* omnino desideratur.

In apparatu critico signo ***β*** denotatur in orr. 1–3 consensus codicum **lsb** vel **ls** vel **lb**, codice desultorio separatim commemorato. ubi **l** deficit non nisi consensus **sbi** par scripturae ***β*** habendus. eadem adnotatio valet in or. 4; scilicet solus consensus codicum **sbi** pro lectione ***β*** accipiendus. quam rationem adnotandi ob naturam codicis **i** aliquatenus dubitationi obnoxiam esse ubi desideratur **l**, per se intellegitur.

Familiae *γ* praestantiores testes sunt primum codex Egmontanus **u** et Laurentianus **x**, tum codex Tegernseensis **t** et Oxoniensis **o**. ad hos se adplicat in or. quarta inde a 1,8 *acerbitates* codex Harleianus **l**. in codice **x** magna orationis 4 pars 1,7–13,197 *mihi si haec condicio … armatus* desideratur defectu a librario in margine indicato: 'hic multum abest orationis'. *γ*

De hac codicum familia olim dubitabatur num omnino ad recuperandam genuinam textus formam ullam vim haberet. restitit huic opinioni iam Clark in ed. Oxoniensi ubi prae familiae *γ* virtute ne testimonium quidem familiae ***β*** magni faciendum esse pronuntiavit.[66] ac sane hanc familiam iam vergente antiquitate ab ***αβ*** seiunctam fuisse testimonio papy-

Marc.; 2,6,65 *Gallicum*] **lsb** : *agrum gallicum* Ven. Marc.; 2,20,251 *esse velint*] **sbi** : om. Ven. Marc.; 3,24,307 *sed eas*] **lsb** : om. Ven. Marc.; 4,12,183–184 *qui id … conlocarent*] **sbi** : om. Ven. Marc.

66 Ciceronis orationes pro Sex. Roscio, … in Catilinam …rec. Clark, Praef. viii. cf. etiam A. C. Clark, The Descent of Manuscripts, Oxford 1918, 310–312.

rorum **ΠΔ** probari supra monuimus. itaque harum orationum textus *γ* aeque ac codicum ***β*** non aliquam medii aevi recensionem praebere sed iam antiquis temporibus ortum esse manifestum est.

Iam codices **xuto(l)** quin ultimo gradu eundem habuerint patrem *γ*, dubium potest esse nemini qui vel has ex multis inspexerit communes omnibus pravas textus mutationes: 1,5,56 *interficiere* **As** : *interficere* **Vlb** : *interficieris* **a** : *interficiam te* *γ*(= **xuto**); 1,7,76 *roma* ***αβ*** : *romę* Char. *γ*; 2,23,282 *non* **B*αβ*** : *qui non γ*; 2,25,303 *rebus* Arus; Schol. Gron. **B*αβ*** : *rebus omnibus γ*; 2,26,332 *constituendis* **B*αβ*** : *construendis γ*; 3,2,11 *condidit* ***α*sb** : *condidit romulum* **i***γ*; 3,10,118 *conscientia* ***αβ*** : *conscientia convictus γ*; 3,18,234 *tantarum rerum* ***αβ*** : *tantam molem rerum γ*; 3,28,367 *videndum* ***αβ*** : *providendum γ*; 4,11,155 *prohibebo* Kornitzer : *·P·R·* ***α*** : *·P·R· exsolvitis* (post hoc **s** iteravit *·P·R·*) **sb** : *defendetis* *γ*(= **luto**) : *·p·R· eripiam* **i**; 4,11,160 *moveor* **CAVsbl**^{2} : movear (*-at* **t**) **a***γ*(= **luto**) : *admoveor* **i**.

Quot tamen gradibus illi distent a parente communi *γ* qualive inter se sint iuncti cognationis vinculo, quod definire iam non licet, nemini mirum videbitur qui contaminationis qua singuli testes affecti sint, rationem habuerit. accedit quod quamvis hi codices ex communi fonte fluxerint, ita ut saepe et in bonis lectionibus et in falsis consentiant, tamen ceteris in rebus inter se valde discrepant, alio scilicet magis ad ***α*** alio magis ad ***β*** inclinante, diversam praeterea singulis expertis corruptionem.

o Plurimum in hac re peccavit codex **o** qui etiam eo ab ceteris differt, quod multo saepius quam illi corruptelas familiae ***α*** vel potius solius **η**(= **af**) proprias exhibeat. miro autem modo ex eodem vel simili fonte haustae esse videntur huius codicis correcturae, ita ut et **o**^{1} et **o**^{2} multis locis eandem
o^{1} originem profiteantur. sic ut aliqua id genus exempla ad **o**^{1} pertinentia proferam, cf. hos locos: 2,1,10 *pertimescemus* (*pertimis-* **B**) **Bal***γ* : *pertimescimus* ***α*(f)o**^{1} : *perhorrescimus* (non *-emus*!) **sb**; 3,20,260 *quae clam essent* (*clamassent* **x**) ***βγ*** : *quae iam essent* ***α*o**; 3,23,303–304 *et erepti* *γ*(= **xut**) : *erepti*

αo : om. ***β***; 4,9,129 *rem ·p·* **CAVβγ(=lut)** : *re p.* (*·r·p· scr.* **f**) **ao**; 4,17,265 *sustentatur* **Vβγ(=lut)** : *sustentantur* **ao** : *sustantur* **A** : *sustinetur* **x**. deinde quod ad **o**^{2} attinet, cf. hos locos: **o**^{2}
1,29,342 *erat* **CAVβγ** : *eṛạt* **B** : *erit* **ao**^{2}; 2,10,112 *pridem* **Bα(f)βγ** : *pridem deseruit* **ao**^{2} mg. : *pridem defecit* **x**^{2}. ne vero putes codicem **o** a familia ***β*** alienum esse, cf. haec exempla: 1,22,265 *tua ista* **αγ(=xut)** : *ista tua* **βo**; 2,5,57 *ad curiam* **B**$_1$**αγ(=xut)** : *in curiam* **B**$_2$**l** : *in curia* **sbo** (ad h.l. cf. app. cr.); 4,13,205 *crudeles* (-*is* **CA**) **αγ(xlu)** : *crudeliores* **βo**. praeterea accedunt loci ita comparati ut istae varietates aliunde ductae adeo scripturam *γ* non expulerint ut ipsae iuxta eas locum in textu occupaverint. quo fit ut haud semel duplices lectiones illic deprehendantur: 2,2,19 *prostratus quirites* ***α*** : *quirites* punctis sscr. del. **C**^{c}; an voluit *prostratusque est*? : *prostratusque est* **Bβγ** : *prostratusque est quirites* **o**; 2,13,150 *in* **Bβγ** : *an* Schol. Gron. ***α*** : *an in* **o**; 2,20,253 *utrosque* **Bα** : *quirites* **βγ** : *quirites utrosque* **o**^{2}; 2,22,278 *talaribus tunicis* Non.; Serv. **Bαβ** : *tritis tunicis γ* : *tritis tunicis et talaribus* **o**; 2,26,327 *manum certissimam* **αt** : *manum fortissimam certissimamque* ***β*** : *maximam manum et certissimam* **Bxu** : *fortissimam manum et certissimam* **o**, i.e. lectio ex **ux** et ***β*** confecta; 3,21,270 *per cives* **αβ** : *a* (om. **x**) *perditis civibus γ* : *per cives l' a perditis civibus* **o**; 3,19,244 *in γ* : *de* **αβ** : *inde* **o**.

Ac si voluissem facili opera potuissem plura de codicis **o** vitiis disserere. sed id ago, ut demonstrem plures similis farinae codices, licet magna in singulis sit verborum varietas, exstare quibus a prioribus editoribus (dico aetatem Halmianam) nimium auctoritatis tribuebatur. sunt autem quos ipse inspexi hi:[67] Rheinaugiensis 127-I saec. xi in Germania (vel Helvetia) scr.; Monacensis 14781-I, olim Emmeranus sive Ratisbonensis, saec. xii^2 in Germania scr., ubi tantum 1,1,1–2,27,334 *quo usque ... illos qui in urbe* est; Monacensis 19474-I, olim Tegernseensis, saec. xii in Germania scr., quo

67 Plerique ex his ap. Munk Olsen, L'étude describuntur.

1,1,1–2,17,198 *quo usque ... hoste loquimur* continetur; Parisinus 18525 saec. xi in Gallia scr., 1,10,115–2,29,370 *proficiscere ... defendant* continens; Laudunensis 453 bis saec. xii² in Gallia scr. (fuit ecclesiae Laudunensis); Palatino-Vindobonensis 295 saec. xii^ex. in Gallia ut vid. scr., in quo inest 3,17,215–4,14,214 *vigilantem tam in perditis ... ad summum imperium reti-*; Harleianus 4927 saec. xii^med. in media Gallia scr., qui postea in manus Petrarchae pervenit; Parisinus lat. 6602-II saec. xiii^2/4 in usum Ricardi de Fournival, cancellarii Ambianensis (circa a. 1250), scr.[68]; Vat. lat. 3251 saec. xi in Italia Sept. scr.; Laur. Strozz. 49 saec. xi/xii in Italia Merid. scriptura Beneventana exaratus; Neapolitanus IV.B.21 saec. xii² in Italia scr.; Gudianus 2 (4306), saec. xiv in Italia Sept. scr.; Trecensis 552, olim Petrarchae, saec. xiv¹ scr.; Laur. Conv. Soppr. 79, saec. xiv²/xv¹ in Italia ut vid. scr.; Laur. S. Crucis 23 sin. 3, saec. xiv²/xv in Italia scr.; Laur. 48.21 saec. xv scr.

Haec ad codicis **o** vim naturamque cognoscendam sufficiant. id unum addiderim: huius testis partes in restituendo *γ* esse exiguas, in constituendo orationum textu nullas: ad cognoscendas codicum mixtorum rationes utilitatem plurimam.

x Multo melioris indolis est codex **x** quamvis ne ipse quidem contaminationis interpolationisque expers. saepissime autem codex **x** in usum suum lectiones recensionis ***β*** convertit, ita ut eius modi loci inde profecti passim deprehendantur: 1,7,71 *ante diem* ***aγ***(=**uto**) : *in ante diem* ***β*****x**; 1,33,384 *hisce* ***aγ*** : *his* **B*β*x**; 2,6,67 *ad me perlata* (ex *-as* **C** : *prolata* **u**) ***aγ*** : *ad me delata* (*di-* **b** : in **l** *sentiunt* ante *delata* positum) ***β*****x** : *perlata ad me* **B**; 2,14,176 *miserum* Ps. Ascon.; Prisc. **B*aγ*** : *timidum* ***β*****x**; 3,26,338 *memoriam* ***aγ*** : *memoriam vestram* ***β*****x**; 4,13,198 *rei ·p·* **CAV*γ***(=**luto**) : *dignitate rei p.* ***β*****x** :

68 R. H. Rouse, Manuscripts Belonging to Richard de Fournival, RHT 3, 1973, 259–60 no. 31.

rei ·p· dignitate **a**; 4,21,307 *italia* **αγ**(=**luto**) : *ex italia* **βx**. gravissimum vero corruptelae genus, ubi librarius prudens de consilio textum traditum in melius mutare conatus est. paucos id genus locos adfero: 3,4,44 *datas litteras*] *mandatas litteras* **x**, nisi forte *litteris mandatisque* supra v. 42 obvium in scribae mente haerebat; 3,25,319 *atque illae tamen omnes dissensiones* **CAaβγ** : *atque ill(a)e tamen dissensiones* **V** : *atque ill(a)e dissensiones* **x**. haec ipse scriba in brevius contraxit, quippe qui repetitioni infra vv. 323–324 obviae succurrere vellet. non intellexit duplicem comparationem inter superiores civium dissensiones modo commemoratas et hanc Catilinae coniurationem fieri isdemque verbis satis apte bis introductam esse; 3,29,381 *nocte* **αβγ** : *nocte fecistis* **x**; 4,1,5 *deponite* **αβγ** : *queso deponite* **x** cf. Madvig[2] 155–157; 4,13,204 *nefando* **αγ**(=**luto**) : *tam nefando* **β** : *nefario* **x**; 4,13,205 *multo … est*] **αβγ**(=**utlo**) : *cum multo … sit* **x** et vulgo; 4,15,231–232 *in consulatu confirmatam* (*-a* **l**) **αiγ** : *confirmatam in consulatu* **sb** : *consulatu confirmatam* **x** et idem coni. Fr. Richter[1] 18; 4,15,237 *frequentasset* **αβγ** : *frequentes advocavit* **x**, hic glossema potius in codicis **x** textum penetrasse videtur, quo *frequentasset* explicaretur; 4,18,277 *sempiternum* **αβγ** : *perpetuum ac sempiternum* **x**; 4,20,304 *enim* **αβγ** : *enim semper* **x**, quod silente app. cr. nescio quo iure (an errore?) in textum recepit Clark.

His expositis iure miraberis quod interdum codici **x** si non soli, at certe inter alios principi, utpote natu maiori, paucas lectiones genuinas debentur: 2,13,159 *sacrarium* **Bix** : *sacrarium scelerum* **αγ** : *scelerum sacrarium* **sb**; 3,20,263 *locaverunt* **ix** Cuiacius : *locarunt* 'liber vetus' ap. Lb.[2] mg. : *conlocaverunt* (*con-* **a**) **αβ** : *statuerunt* **γ**; 4,13,202 *cassio* **fixo** : *om.* **αsblut**; 4,16,241 *cum* **fxo** : om. **αβlut**; 4,23,346 *solius* **xl** : *solus* **αβuto**. haec unde venerint non una ratione explicari potest, ad familiae **γ** patrem redire vix credibile. ceterum ad verbum fere cum **x** consentire codicem Monacensem 22281-III, olim Windbergensem, saec. xii in Germania scr. nescio an operae pretium sit adnotare. alium satellitem sociumve indagare contigit mihi nullum.


ut Memoriae *γ* fundamentum, ut ita dicam, suppeditatur codicibus Egmontano **u** et Tegernseensi **t**, qui et ipsi quidem omnigenus corruptelis referti sunt. ut vero alia omittam, eo etiam hi testes a reliquis (praecipue vero a codice **o**) se seiungunt quod contaminationis vestigia non ita multa in iis deprehenduntur. saepe tamen sicubi libri **ut** scripturas quasdam a *γ* alienas exhibent, eas eodem modo quo postea in **o** factum esse observavimus, ex codice quodam familiae ***α*** sumptas esse videmus. id eo explicari potest quod hi testes ad commune aliquod exemplar scripturis ***α*** exornatum redire videntur. nam huius familiae codicem **x** cum libro aliquo **u** familiae ***β*** comparatum esse supra demonstravimus. ut vero paucis exemplis id quod modo de **ut** statuimus illustretur, primum adfero paucos locos ad codicem **u** pertinentes: 1,4,40 *verum tamen* (*tamen* sscr. in **C**) **C**[c]***β*****xto**[2] prob. Alberti 211 : *verum* ***α*****uo**[1]; 1,15,174 *conatus es* ***α*** : *voluisti* ***β*****xt** : *voluisti vel conatus es* **uo**; 1,18,207 *agit* Quint. **CAV*****β*****xt** : *agit* / *πραττι* **Γ** : *ait* **ahuo**; 2,15,183 *levandae* Schol. Gron. **Bsixt** : *relevandae* ***α*****buo**; 3,10,109 *videretur* **xt** : *videri* ***αβ*****uo**. deinde **t** quod ad **t** adtinet, qui graviore contaminatione laborat, inspice hos v.c. locos: 1,18,211–212 *ad evertendas* **uo** cf. TLL V 2, 1032,50 : *ad evertendas* / *π̣ρ̣ο̣σ σ̣τ̣ρ̣ε̣π̣[τεασ* dispexit Gerstinger, *ad vịndas* / *π̣ρ̣ο̣ς νικητ*[*εας*] (*vindas* pro *vincendas* intellegit Axer 478, adn.) **Γ** : *ad vincendas* ***α*****t** : *ad evincendas* ***β*****x** : *ad devincendas* **h**; 1,20,242 *ex urbe* Prisc.; Schol. Ter. **a*****βγ*** : *de urbe* **t** : *de turba* **CAV**, hic in falsa praep. *de* **t** consentit cum codd. fam. ***α***; 2,28,358 *videtur* **B*****β*****ux** : *videretur* ***α*****to**; 3,3,20 *et quam manifesta* ***βγ*** : om. ***α*****t**; 3,17,223–224 *tanta in* ***β*****xu** : *in tota* ***α*****to** Clark.

Habes igitur unde de familia *γ* aliquid certius iudicare liceat. nam in singulis horum codicum corruptelis versari vel propterea non attinet, quod inde ad explicandos affinitatis nexus inter **xuto** intercedentes fere nihil redundat. atque **l** idem fere de codice **l** in or. quarta dicendum, h.e. patet cognatio ipsa *γ*, latet codicum singulorum **lut(x)o** mutuus nexus. nihilo minus omnium locorum ratione habita eo in hac re inclino, ut codicem **l** propius ad **t** accedere affirmem. cf.

enim haec: 4,13,197 *ille* **aβxuo** : *ille avus lentuli* **lt** manifesto glossemate; 4,13,199 *hic* **asixu** : *hic lentulus* **lto** item inane glossema : om. **b** : plura om. **CAV**; 4,19,287 *quanta*[1] **aβx** : *quanam* **u** : *vel quanta quanam* **t** : *quanam l' quanta* **lo**.

Quod ad correctiones attinet, codices **ut** nullas exhibent, codex **x** perpaucis locis correctus est (e.g. 2,10,112 *pridem* **Ba(f)βγ** : *pridem deseruit* **ao**²mg. : *pridem defecit* **x**²), in or. 4 codice quodam generis **β** adiutus paucas lectiones intulit corrector **l**²: 4,16,241 *et* **aγ(=l¹uto)** : *et hoc* **β(sbi)l²x**; 4,17,260 *suum* **aγ(l¹uto)** : *illum suum* **β(=sbi)l²x**.

Ex his quae disputavimus elucet quod in codicis γ textu restituendo principatus dandus codici **u**, secundus locus tribuendus codici **t**, tertius **x**, quartus **o**. in or. quarta codex **l** idem valet atque **u**. praeterea sumendum codices **utxo(l)** non ex ipso γ fluxisse sed ex apographo quodam inde transcripto. fieri enim vix potest ut tot variae lectiones iam in ipso γ steterint. ut vero haec omnia stemmate quodam depingantur, hanc post Reis imaginem adiungo:[69]



69 In or. 4 ad familiam γ accedit cod. Berolinensis lat. fol. 2° 252 (**E**), cuius mentionem initio Praefationis feci, quamquam in apparatu critico rationem eius non habui. exhibere autem hunc codicem textum generis γ vel ex his locis cognoscitur: 4,6,84 *et* **AVβo** : *ac* **γE** : *aut* **a**; 4,7,91 *sua* **aβo** : *sui* **γE**; 4,7,100 *oppetiverunt* **Aaβ** : *optinuerunt* **V** : *appetiverunt* (*-tierunt* **o**) **γE**; 4,13,196 *vir clarissimus* **βo** : *clarissimus vir* **γE** : *viri clarissimi* (*-umi* **Aa**) **a**; 4,16,247 *hosce ordines atque homines* **V** : *hosce ordines hominesque* **i** : *huiusce ordinis q· homines* **Aa** : *hosce* (*hos* **x**) *homines ordinesque* **sbx** : *huiusce ordinis homines* (*homines* om. **u**) **γE**. correctus est vero **E**¹

In apparatu critico ita rem instituimus ut sicubi plus duo huius familiae testes contra unius vel duorum (in or. quarta) testimonium faciunt, si non ipsius *γ*, at certe eius apographi scripturam recuperari intellegatur.

Ω Sic de tribus illis familiis ***αβγ*** quibus Catilinariarum traditio continetur, quatenus potuimus, rem absolvisse nobis videmur. restat ut de ipso fonte unde codices ***αβγ*** per tres traditionis ramos ad medii aevi studia renovata descendisse videantur, pauca adnotemus. etenim quin hi codices iam deperditi ad unum librum archetypum quem littera **Ω** insignire placet, redeant, non est dubium; qua de re aptissime iam Clark disseruit.[70] vide igitur quam multis locis illius codicis memoria Ciceronis verba non omni ex parte integra servata sint; unde, ut hoc addam, non mirum quod haud raro editoribus officium impositum est textum per divinationem sanandi: 1,3,22 *quod C.* Muretus 539 : *quodque* **CAa** : *quod Q.* **V*βγ*;** 1,13,151 *in fama* Ant. Augustinus : *infamiae* (-ae **f** : -a **a**) ***αβγ***; 1,33,384 *ominibus* e vera coni. non nulli codd. : *omnibus* **B*αβγ***; 2,4,46 notam marginalem *calumnia* sensu loci repugnante in textum insertam exhibent Schol. Clun. **B*αβγ***. quod eam cod. **i** omisit, id librari incuriae tribuendum esse nescio an recte statuamus; 2,5,50 *prae Gallicanis* Lambinus^1 : *ex gallicanis* ***αβγ*** : *ma gallicanis* **B** (cf. app. cr.); 2,20,247 *<in> insperatis* Ernesti : *insperatis* ***α*si*γ*** : *disperatis* (*de-* **b**) **Bb**; 2,21,265-266 *<quam> primum* Halm^1 : *primum* **B*αβγ***; 3,10,115 *recepissent* Muretus 619 : *praecepissent* ***αβγ***; 3,14,176 *Annium* Garatoni : *manlium* (*mal-* **ut**) ***αβγ***; 4,8,113–114 *multos una dolores* Kayser ap. Halm^1, p. 1447 :

a librario **E**^{2} qui cod. Harleiano **h** usus est: 4,4,57 *id est* **ilt** : *idē* ***α*sbuE**^{1} : *item* **o** : *tale* (et *initur*) **hE**^{2}; 4,16,253 *communem salutem* ***β*x** : *salutem* ***αγ*E**^{1} : *salutem communem* **hE**^{2}; 4,19,288 *paene*] **E**^{1} : *quam paene* **hE**^{2}; 4,22,320 *recepti* ***α*i*γ*E**^{1} : *recepti in amicitiam* **sb** : *recepto* **hE**^{2}; 4,23,347 *conservarit* ***α*** : *conservavit* ***β*x** : *conservaverit* ***γ*E**^{1} : *aris conservaverit* **hE**^{2}.

70 Clark, The Descent of Manuscripts 317–319; G. B. Alberti, Problemi di critica testuale, Firenze 1979, 62.

multas uno dolore Schol. Gron. **αβγ** (cf. app. cr.); 4,9,126 *vincat* Schol. Gron; Muretus 643 : *vindicat* **αβγ**; 4,12,176 <*non*> *quam* Lactantius; Lambinus[1] : *quam* **αβγ**.

PAPYRI

Sic testimonio medii aevi codicum duce ad aetatem Romanam pervenimus, qua haud parvum librorum orationes in Catilinam continentium numerum legentibus praesto fuisse cum per se intellegitur, tum papyri a viris eruditis nostra aetate repertae testantur. quos quidem novos testes, quamvis omnes a suo quisque editore diligentissime excussi sint, ne tamen commoditati legentium deesse videamur, iterum in medium vocare non est cur dubitemus. agitur autem de pap. Barcinonensi **B**, pap. Vindobonensi **Γ**, pap. Rylands **Π** + pap. Vindobonensi **Δ**, quas omnes supra breviter descripsimus.

B

Ac primum quidem de papyro **B** quaerendum quae ad duas priores orationes pertinet. quamvis autem papyrus **B** nulli familiarum **αβγ** praecipue suffragetur sed cum una quaque aliquid commune exhibeat, tamen a huius traditionis exemplo archetypo **Ω** divelli non potest. satis enim saepe, ut in tanta id genus corruptelarum exiguitate, conspirat in erroribus cum **αβγ** (v. supra), ita ut et **B** et **αβγ** ad communem fontem primitivum redire nemo negabit. in orationibus 1–2 familiae **α**, **β**, **γ** ita cohaerent ut plerumque **βγ** contra **α** faciant (v. infra p. L–LI). inter hos familiarum nexus papyrus **B** ita se gerit ut modo propius ad **βγ** modo ad **α** accedere videatur. illuc igitur spectant loci ita comparati, velut 1,24,283 *confido perniciosam* **α** : *perniciosam esse confido* **Bβγ**; 1,31,369 *biberunt* **α** : *biberint* (*-rent* **s**) **Bβγ**; 1,33,390 *a tuis* **α** : *a tuis* (*a uis* **B**) *aris* (*sacris* **o**) **Bβγ**; 2,2,19 *prostratus quirites* **α** : *quirites* punctis sscr. del. **C**^{c}; an voluit *prostratusque est*? : *prostratusque est* **Bβγ** : *prostratusque est quirites* **o**; 2,12,144 *convocavi* **αo** : *vocavi* (*vosabi* **B**) **Bβγ**; 2,22,272–273 *ab eo divelli* **α** : *divelli ab eo* **Bβγ**. illic pertinent hi, velut 1,17,204 *odit ac* **βγ** : om. **BΓα** (de **B** cf. app. cr.). hic patria comparatur cum parentibus. cum vero de his supra dictum sit *si te parentes timerent atque odissent tui*, vix apte omisso *odit ac* nunc de solo patriae metu ageretur: [*odit ac*] *metuit*,

quod tamen nescio quo iure probavit Kasten; 2,17,203 *placare* **s**b*γ* : *placere* **B***a***ix**.

Gravissimum vero papyri **B** est vitium quod nimium quantum in ea vocabula singula plurave deformantur, omittuntur, adduntur, transponuntur, ita ut librarium et ipsius et exempli archetypi unde transcripta est, hominem parum doctum linguaeque Latinae non nimis peritum fuisse recte statuatur. neque silentio praetereundum id quod accidit 2,5,57–58. hic enim verba *hos quos video volitare in foro quos stare ad curiam quos etiam* bis scripta leguntur, pri-
B1 mum falso loco post v. 55 *maluerunt* inserta (=**B**1), tum ite-
B2 rum vv. 57–58 suo ordine posita (=**B**2). itaque haec in exemplari in margine stetisse patet. id vero summi momenti est quod priore loco additamentum illud quod signo **B**1 significavimus, ex puro familiae ***β*** libro desumptum esse videtur. quae res varietate quae est *ad curiam* **B**1***aγ*** : *in curiam* **B**2**l** : *in curia* **sbio** demonstrari videtur, de qua conferas quaeso ea quae iam supra p. XXXVI exposuimus. quae cum ita sint, iam antiquis temporibus familiam ***β*** a classibus ***aγ*** discretam Ciceronis studiosis notam fuisse necessario evincitur. quod si verum est, mirandum quod 2,20,243 ubi testes ita variant *iste est* ***a*** : *est ipse* ***βγ*** : *iste ipse est* **B**, lectionem papyri satis incaute defendere ausus est Roca-Puig (v. app. cr.). quam scripturam utpote ex ***a*** et ***β*** compactam minime a papyri natura alienam esse et praeterea nullam auctoritatem habere vix est quod admoneam.

Summa papyri **B** laus est quod haud semel genuina Ciceronis verba servavit iis locis qui editoribus aut iam bene constituti esse viderentur aut ab omni corruptelae suspicione plane immunes. ex sat multis locis tria adfero exempla: 2,3,30 hucusque edebatur *res publica*, nunc vero papyri auctoritate placet *rei publicae utilitas*, cuius lectionis in codicibus nec vola nec vestigium est; 2,8,96 loco saepe coniecturis temptato lucem adfert papyrus quae praebet *ne in uno quidem angulo*, quod genuinum esse persuasum mihi est; 2,20,249 antea legebatur *praediis lectis*, nunc vero procul dubio recte *raedis, lecticis*.

Sic de pretio papyri **B** non est dubitandum. itaque ubicumque **B** a reliquis codicibus ita dissentit ut scriptura eius per se spectata probari possit, semper quaerendum est, utra lectio praeferenda sit. quae res numquam auctoritate diiudicatur, sed pretio lectionum. quod accurata interpretatione cognoscitur.

Pap. Vindobonensis **Γ** ad singula tantum verba particulae **Γ** 1,15,165–20,236 *catilina* / *κατ[ιλινα]* ... *[soli]tudinique* / *και ε[ρημια]* pertinet neque est cur uberius de ea agatur, cum fere nihil fructus inde ad Ciceronis verba melius cognoscenda redundet. tamen animadvertas velim haec : uno loco 1,17,204 *odit ac* ***βγ*** : om. **Γ*****Ba*** *Kasten* ad ***a*** propius accedit, quo de loco iam satis supra adnotatum est (p. XLVII). altero loco 1,16,178 eius fide fulcitur scriptura ***βγ*** *quotiens vero* contra familiae ***a*** *quotiens*. praeterea scatet haud paucis erroribus propriis quos hic commemorare vix attinet.


Papyros Rylands **Π** et Vindobonensem **Δ** duas ex eodem **Π+Δ** codice superstites particulas esse haud dissimile veri est. tamen ex his fragmentum **Π** quo 2,14,171–15,182 *[converterit]* / *μ[ε]τεστρεψεν* ... *[ab dis immortalibus]* / *απο των αθανατων θεω]ν* servantur, nihil in ipsis verbis singulare exhibet quo nisi testem vel ad *γ* vel ad ***a*** vel ad ***β*** referre liceat. uno loco 2,15,180–181 **Π** consentit in errore cum papyro **B** contra ***aβγ***: *dum modo* ***aβγ*** : *[modo]* / *[μονο]ν* **Π** (*v. app. cr.*) : *modo* **B**. sed cave ne nimium illi concordantiae tribuas. nam paulo ante v. 179 **Π** verum contra **B** tuetur: *dum modo* **Π*****aβγ*** : *modo* **B**. idemque factum esse videmus 2,14,172–173, quo loco **B** omittit verba *ac perterritus mea diligentia*, quae integra in **Π** exstant. adde quod **Π** semel sui propriam lectionem praebet, ad quam quod **b**^{1} accedit, casui tribuendum est: 2,15,180 *esse a me* (*eiectus* ante *dicatur* transp. **s**) **B*****a*****sb**^{2}**i***γ* : *[a me] esse* / *απ εμου ειναι* **Π** : *a me esse* **b**^{1}.

Multo plus fragmentum **Δ** nos docet, quod reliquias 3,15,194–16,205 *[religio* / *θρησκια* ... *ille erat solus* / *εκινος η[ν μονος* tenet. etenim ad verbum fere textum talem exhibet qualis codicum familiae *γ* proprius est. itaque 3,16,205 **Δ** cum **xu** exhibet unicum illud *erat solus* quod editores adhuc

latebat, ceteri vero codices fere *erat unus* praebent. atque illud totius loci colori etiam aptius esse persuasum mihi est. accedunt tres lectiones genuinae a solis codicibus *γ* traditae: 3,15,195 *C.* (·*c*· **x** : ·*G*· **ut**) *γ* cf. Schol. Clun. : [*C.*] / *Γαῖον* **Δ** : om. ***αβ*o**; 3,16,204 *L.* Schol. Gron. *γ* : *Lī* / *Λουκ*[*ίου* **Δ** : om. **al** (·*c*· *assi* scr. **l**) : ·*C*· (vel ·*G*·) ***α*(f)*β***; 3,16,204 *adipes* Schol. Gron. *γ* : *adipes* / [?] **Δ** : *alipes* **CA** mg. : *aliped* **o** : *aupes* **V** : in lac. 15 litt. om. **A**, sine lac. **a*β***.

Itaque non solum novum familiae *γ* testem tenemus, sed eum quo una nova scriptura eaque genuina adhuc tamquam ignota servetur.

Atque haec hactenus. confido autem nihil me tacuisse unde de restituendis subarchetypis ***α***, ***β***, *γ* quicquam colligas. officium enim recensendi in eo versatur ut cognoscatur quid fuerit in ***α***, ***β***, *γ*, praeterea quid inde restituta incrementi ex papyris capiant. quid genuinum sit paulo implicatior est quaestio. nam primum propterea quod ipsi codices ambagibus stirpium implicati sunt, non semper planum fit quid in singularum familiarum fontibus re vera steterit, deinde archetypi scripturam non licet tamquam calculi ratione ita cognoscere ut e tribus familiis duarum consensum sequi satis sit. etenim optimo iure quod Alberti de orr. 1–2 observavit,[71] ad omnes referre licet: quamvis traditionem per tres rivulos fluxisse perspicuum sit, tamen plerumque inter duas, non inter tres, lectiones familias dispertiri, ita ut aut ***β**γ* contra ***α*** aut ***αβ*** contra *γ* aut etiam, quamvis id rarius fiat, ***α**γ* contra ***β*** consentiant. quae familiarum consonantiae discrepantiaeque tribus diversis stemmatibus depingi possunt:



71 Alberti, Problemi 61–67.

Adde quod prius stemma ad duas priores orationes potissimum pertinet codicesque plerumque ita inter se discrepant, velut 1,6,60 *obsessus* **a** : *oppressus* **βγ**; 1,27,311 *diligenter* **Bβγ** : om. **α**; 2,12,138 *quirites* **Bβγ** : om. **α**; 2,21,262 *proscriptione* **Bα** : *proscriptionibus* **βγ** vel 1,31,372 *vehementius* **Bαγ** : *vehementius ·p·c·* **β** : *vehementiusque* **t**; 2,14,176 *miserum* Ps. Ascon.; Prisc. **Bαγ** : *timidum* **βx** vel 1,7,76 *roma* **αβ** : *romę* Char. **γ**; 2,22,278–279 *talaribus tunicis* Non.; Serv. **Bαβ** : *tritis tunicis* **γ** : *tritis tunicis et talaribus* **o**. explicari non possunt lineamentaque huius traditionis partis turbant loci ita comparati, velut 2,17,199 *quem* **γ** : om. **Bαβx**; 2,27,344 *sed* **Bγ** : *sed ne* **αl** : *sed ne quid* **o** : *sed vel* **sb**. sed hi pauci sunt (omnino quinque numeravi) et procul dubio coniecturae tribuendi, quamvis dissimile aliquotiens id veri videatur. utut est, orationum 1–2 quasi communis origo mirabiliter prorsus eo firmari videtur quod in omnibus **βγ** codicibus secundae orationi praemittitur antiquum ut videtur argumentum quo enarratur quid iam in or. 1 actum sit quidque futurum sit ut agatur in or. 2; quod his verbis conceptum legitur: 'Superiore libro Catilina circumventus eloquentia Ciceronis spontaneum elegit exilium, unde oratori maxima venisse videbatur invidia. sed postero die timore dissimulato processit ad populum fingens se timere quod emiserit Catilinam ut minus sit invidiosum quod in exilium expulerit. proemium sumptum ab exultatione dicentis verbis paene triumphantibus: qui sine damno rei publicae bellum superare potuerit'.[72] orr. 1–2

Alterum stemma ad orationem tertiam spectat illustraturque v.c. his exemplis, velut 3,16,204 *adipes* Schol. Gron. **γ** : *adipes* / [?] **Δ** : *alipes* **CA**² mg. : *aliped* **o** : *aupes* **V** : in lac. or. 3

72 Cf. C. Halm, Zur Handschriftenkunde der ciceronischen Schriften, München 1850, 21 adn. 1. quod ap. Chatelain, Paléographie 1, p. 7 pro 'eloquentia' editur 'eloquio', id ex omnibus quos perscrutatus sum codd. in solo Laur. Conv. Soppr. 79, saec. xiv²/xv¹, repperi.

15 litt. om. **A**^{1}, sine lac. ***αβ***; 3,28,367 *videndum* ***αβ*** : *providendum γ* vel 3,5,55 *inter eos* Arus. ***αγ*** : om. ***β***; 3,21,278 *salutem* ***αγ*** : *senatum salutemque* ***β*** vel 3,18,232 *nutu atque* ***βγ*** : om. ***α***; 3,26,349 *eiusdem* ***βγ*** : *huius* ***α***. haereas in his, 3,18,234 *videtur* ***β*****x** : *videretur* ***αγ*** vel 3,22,295 *maximarum* ***α*****o** : *amplissimarum* ***βγ***.

or. 4 In oratione quarta vel veloci oculo apparatum criticum percurrenti tres codicum familiae varie inter se cohaerere statim apparet. sed molesta est indigesta turba codicum modo huic, modo illi familiae suffragantium atque omnino in ipsa inconstantia quasdam rationes requirimus. ac re vera codices plerumque ita cohaerent ut aut ***αγ*** contra ***β*** faciant, quod ad tertium stemma spectat, aut ***αβ*** contra *γ*, quod secundo stemmate exprimitur. huc igitur trahas eius modi locos, velut 4,10,147 *se γ* : *a se* ***αβ*****o**; 4,12,186 *summae γ* : *summa* ***αβ*****l**^{2}; 4,7,91 *sua* ***αβ*****o** : *sui γ*; 4,19,289 *non modo* **i*γ*** (**i** ob contaminationem) : *non modo non* (*nemo non* **A**) ***α*****sbo**. illuc adducas v.c. 4,12,178–179 *dolore ac* (*et* **p** edd.) *cruciatu nocentis suum* **b**^{2}**sil**^{2} (*i.* ***β***) : *dolore ac cruciatu* **b**^{1} : *dolore nocentis suum* **o** : om. ***αγ***; 4,18,273 *voluntate studio virtute* Lucif. ***β*****x** : *voluntate* ***αγ***; 4,22,330 *coniunctionem* ***β*****x** : *conductionem* ***αγ***; 4,8,105 *quod salutis* ***αγ*** : *salutis quod* ***β***; 4,21,307 *italia* ***αγ*** : *ex italia* ***β*****x**.

Quae cum ita sint, id nos saltem probavisse putaverim, spem quam fortasse conceperis, fore ut unum stemma aliquod quo inter se iungantur trium familiarum rationes fingi possit, eam compertis iis quae supra exposuimus ad irritum redactam esse. sequitur igitur veras lectiones non secundum stemma ullum inveniri posse neque ex unius codicis aut stirpis fide pendere. in ponderando uno quoque loco opus est ratione, non auctoritate. veritas exsculpatur ex congerie lectionum antiquitus traditarum adhibita accurata interpretatione rationeque Ciceronis usus habita. ac ne tum quidem cum plus una familia contra unius papyri vel familiae lectionem facit, temere pluribus credendum est. fieri tamen non potest ut omnes ubique eadem probaturi sint, nam ipsa interpretationis ratio nonnumquam diversa esse potest.

Sic licet vela contrahere; nam adumbratio casuum quos edd. hae orationes post renatas litteras expertae sunt admodum simplex est: inde ab editione Romana a. 1471 usque ad editionem Orellianam a. 1826[73] textus Catilinariarum talis fere fuit qualem exhibet codex Laur. 48.21 saec. xv, i.e. ex *γ* et **η**(= **af**) generibus compactum. quo de codicum genere supra p. LI–LII egi. eiusdem anni editio Veneta, quae tamen fere nihil apud editores posteriores potuit, propius ad codicem aliquem accedit qui ex **η**(**af**) magis pendet. ipsum illum codicem nominare non possum sed similem fuisse cod. Neapolitani IV.B.21 saec. xii[2] in Italia scripti, cuius item supra p. LII mentionem feci, spondeo. itaque inter editores priscos unus Carolus Stephanus in editione Lutetiana a. 1554 docuit quantum ad veram textus restitutionem profici posset adhibito codice familiae ***a*** (v. supra p. XXXI–XXXII). sed surdis cecinit. nam post eum viri docti varietatem Stephanianam aut neglexerunt aut secure in apparatum criticum amandarunt (sic Orelli). deinde quaerenti quid Catalinariis post Orellium factum sit adeundum est huius Praefationis principium. edd. vett.

In rebus orthographicis discessi a vetere meo instituto ut quid uno quoque loco antiquitus traditum esse videretur, in textum reciperem. sed ne quid omitteretur quod ad efficiendam plenam traditionis imaginem faceret, omnes formas antiquas quae maximam partem in codd. Cluniacensi **C**, Ambrosiano **A**, Laurentiano **a** papyroque **B** adservantur, in Appendice exhibui. itaque differentiis librorum neglectis in ipso textu constituendo omnia ad unam scribendi normam redigere ausus sum. res orth.

Iam desinere placet. restat ut eos qui me in hoc opusculo conficiendo adiuverint, grata memoria recolem. Richardus F. Thomas, vir doctissimus, qui olim ipse novam Catilinariarum editionem apud Teubnerum proferre in animo habuit,

73 M. Tullii Ciceronis Opera quae supersunt omnia, ed. I. C. Orellius, Vol. II Pars II, Turici 1826.

aliis litterarum studiis districtus mihi in lucem suscipiendam tradidit. Ramón Roca-Puig, vir omni doctrinae et humanitatis laude instructus, exemplum editionis papyri Barcinonensis a se evulgatae frustra emere mihi laboranti benigne commodavit. Carolus Donovan collega optimus Catalauniensis linguae ignorantiam meam summa doctrina promptissimoque animo sublevavit. hanc ipsam Praefationem perlegit Heinz-Günther Nesselrath, clarissimus Universitatis Gottingensis professor, maculasque quas humana fudit incuria, benignissime sustulit. Michele uxor piissima indefessa comitate indulgentiaque hanc editionem fovit.

Dabam mense Sextili anno MMII T.M.

INDEX LIBRORVM
ET COMMENTATIONVM

Adkin[1], N., *Hieronymus Ciceronianus*: the *Catilinarians* in Jerome, Latomus 51, 1992, 408–420
Adkin[2], N., Cicero, *Catilinarians*, 2,11: *intus insidiae sunt*, L'antiquité classique 62, 1993, 213–217
Alberti, G. B., Lectio longior nelle prime due Catilinarie di Cicerone, Filologia e forme letterarie. Studi offerti a Francesco della Corte, Vol. II, Urbino Ed. Quattro Venti 1987, 209–215
Ammon, G., censura ed. Halm-Sternkopf anni 1916, BPhW 37, 1917, 1017–1021
Anliker, K.-Mayer, K., Cicero, Cat. I 5. Zu H. Vesters Beitrag Gymnasium 95, 1988, 15ff. (*sic!*), Gymnasium 96, 1989, 110–112
Augustinus, Ant. v. Ursinum
Axer, J., Reedition of the Viennese Fragments of Cicero, *In Catilinam I* (P. Vindob. G 30 885a + e), Festschrift zum 100-jährigen Bestehen der Papyrussammlung der Österreichischen Nationalbibliothek. Papyrus Erzherzog Rainer (P. Rainer Cent.), I: Textband; II: Tafelband, Wien 1983, 468–482; Tafel 115–116

Benecke, C., M. T. Ciceronis In Catilinam orationes IV, Leipzig 1828
Binsfeld[1], J. P., Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischer Prosaiker, Rein. Mus. 26, 1872, 302–313
Binsfeld[2], J. P., Adversaria critica, Festschr. zu dem 300jährigen Jubiläum des Kgl. Gymn. zu Coblenz, 1882, 1–18
Bloch, S. N. I., M. T. Ciceronis Orationes S. Rosc., Manil., Catil., ed. S. N. I. Bloch, Hafniae ([1]1811) [2]1829
Boot, I. C. G., M. T. Ciceronis Epistolarum ad T. Pomponium Atticum libri xvi, rec. et adn. ... I. C. G. Boot, Amstelodami ([1]1865–66) 1886
Bornecque, H., Cicéron, Discours X, Catilinaires. Texte établi par H. Bornecque et trad. par É. Bailly, Paris 1926
Bücheler, F., Coniectanea critica, Rhein. Mus. 13, 1858, 587–602
Busche, K., censura editionis Halm-Sternkopf anni 1916, WKPh 34, 1917, 433–438

Clark, A. C., M. Tulli Ciceronis orationes pro Sex. Roscio, de imperio Cn. Pompei, pro Cluentio, in Catilinam, pro Murena, pro Caelio rec. A. C. Clark, Oxonii 1905

Cuiacius, I., Iacobi Cuiacii Iurisconsulti Opera, quae de iure fecit, et edi volvit, Tomi i–iv, Francofurti 1623; Tomus iv: Observationum et emendationum libri xxviii, col. 297, Liber xii 32

Drumann, W., (ed. P. Groebe), Geschichte Roms 5, Hildesheim 1964 (repet. ed. Lipsiensis a. [2]1919), 527–8

Eberhard, A., Ciceros catilinarische Reden, ed. Fr. Richter-A. Eberhard, Leipzig [6]1897

Eichler, E., Kritische und exegetische Miscellen, Iglau 1875

Emlein, F., De locis quos ex Ciceronis orationibus in Institutionis Oratoriae duodecim libris laudavit Quintilianus, Karlsruhe 1907

Ercole, P., Ancora di un passo dubbio nella III Catilinaria (IX, 22). (V. Riv. di Filol. Class., XX, 1–3, pp. 144–147), RFIC 21, 1893, 137–141

Ernesti, J. A., M. Tullii Ciceronis Opera omnia ex recensione Jo. Aug. Ernesti, Voluminis secundi prima pars. Orationes, Oxonii 1810

Ernout, A., censura editionis Reis anni 1927 (Fasc. 17), [3]RPh 2, 1928, 74–75

Eussner, A., Adversaria, Bayerische Blätter für das Gymnasialschulwesen 20, 1884, 261–270

Ferreres[1], L., Tulliana: *CATIL.* 4,18 et 4,20, REL 70, 1992, 35–36

Ferreres[2], L., Un par de pasajes ciceronianos en Lucifer de Cálaris, Faventia 14/2, 1992, 99–102

Fuchs, H., Eine Doppelfassung in Ciceros Catilinarisches Reden, Hermes 87, 1959, 463–469

Garatoni, G., M. T. Ciceronis Opera ex rec. I. G. Graevii ... cum notis variorum: 7.5, Neapoli 1777

Gerstinger, H., Ein neuer lateinischer Papyrus aus der Sammlung „Papyrus Erzherzog Rainer“ (Bruchstücke aus Ciceros I. Rede gegen Catilina mit griechischer Parallelübersetzung im Pap. Graec. Vindob. 30885a und 30885e), WS 55, 1937, 95–106

Graevius, M. T. Ciceronis Orationes ex rec. J. G. Graevii ... Tomi ii Pars i, Amstelodami 1699

Greef, A., Zu Ciceros Catilinarien, Jahrb. f. class. Philol. 149, 1894, 76–77

Gruter, M. T. Ciceronis Opera omnia quae exstant, ex sola fere codd. mss. fide emendata studio atque industria J. Gulielmii et J. Gruteri: M. T. Ciceronis Operum tomus II. qui continet orationes omneis, quae exstant, Hamburgi 1618

Gulielmius, J., M. Tullii Ciceronis Opera omnia quae exstant a D. Lambino ... ex codicibus manuscriptis emendata. Operum tomus secundus qui continet orationes omneis, Lugduni apud Petrum Santandreanum 1577, ubi inter alia Gulielmi copiam lectionum ex variis codd. ductam eiusdemque coniecturas invenies (hoc exemplar servatur Lugduni in Bibliotheek der Rijksuniversiteit, 762.B9/10)

Hagen, H., Zu Cicerso Catilinarien, Jahrb. f. class. Philol. 99, 1869, 312

Halm[1], C., M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia ex rec. I. C. Orelli. Ed. altera emendatior. Opus morte Orellii interruptum continuaverunt I. G. Baiterus et Car. Halmius: 2.1, Turici 1854

Halm[2], K., Ciceros ausgewählte Reden. Erklärt von K. Halm. III. Bändchen. Die Rede gegen L. Sergius Catilina und für den Dichter Archias. XI. verb. Aufl., Berlin 1882. Weidmann

Halm-Sternkopf *v.* Sternkopf

Haury, A., Cicero, Orationes in Catilinam, Cicéron, Catilinaires, ed., introd. et comm. de Auguste Haury, Paris: Presses Universitaires de France 1969 (coll. Érasme)

Heine, O., M. Tullii Ciceronis Orationes Selectae xiv: Pars 2: Orationes catilinariae iv, Pro Licinio Archia poeta, Pro L. Murena, ed. O. Heine, Halis ^{22}1895

Heumann, Ch. A., M. T. Ciceronis Arch., Catil ..., ed. Ch. A. Heumann, Isenaci 1735

Hirschfelder, W., censura ed. ab Halm-Laubmann a. 1900 apud Weidmann. emissae, WKPh 18, 1901, 427–429

H.-S., Hofmann, J. B., Szantyr, A., Lateinische Syntax und Stilistik, München 1965 (ed. corr. 1972)

Kasten, H., Cicero, Staatsreden I, lateinisch und deutsch, von H. Kasten, Berlin 1969

Kayser, C. L., M. T. Ciceronis Opera quae supersunt omnia, ed. J. G. Baiter-C. L. Kayser. Orationes rec. C. L. Kayser: 4.2, Lipsiae 1862

Kimming, O., Spicilegium criticum, Friburgi 1887

Klotz, A., censura editionis Reis in vol. VI, 2 anni 1933, PhW 54, 1934, 571–572
Klotz, R., M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia, recogn. R. Klotz, partis ii vol. ii, Lipsiae (1852) [2]1872
Klussmann, R., Tulliana, Gera 1877
Kornitzer[1], A., censura ed. C. F. W. Mueller a. 1885, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 38, 1887, 624–633.
Kornitzer, A., M. Tulli orationes selectae. Scholarum in usum edidit Aloisius Kornitzer, Vindobonae: M. Tulli Ciceronis in L. Catilinam orationes quattuor. Scholarum in usum septimum edidit Aloisius Kornitzer, Vindobonae ([1]1888) 1910
Kornitzer[2], A., censura editionis Nohli[2] anni 1912, WKPh 30, 1913, 207–211
Kornitzer[3], A., censura editionis Halm-Sternkopf, [15]1916, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 68, 1917, 539–543
Kornitzer[4], A., Zur Kritik der Reden Ciceros gegen Catilina, Zeitschr. f. d. österr. Gymn., 1918, 649–653
Kraffert, H., Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischen Autoren, Aurich 1883
Kratz, H., Zu Ciceros Catilinarischen Reden, Jahrb. f. class. Philol. 87, 1863, 114–120
K.-S. *v.* Kühner, Stegmann
Kübler, B., Recisamenta critica, Philologus 55, 1896, 154–159
Kühner, R., Stegmann, C., Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache: II 1 et 2, Hannover [2]1912
Kumaniecki, K. F., De numeris Tullianis et arte critica factitanda observationes aliquot, Ciceroniana n.s. 1, 1973, 69–82

Lambinus[1], D., M. T. Ciceronis Opera omnia quae exstant a D. Lambino … ex codicibus manuscriptis emendata et aucta: 2, Lutetiae [1]1565
Lambinus[2], M. T. Ciceronis Opera omnia quae exstant a D. Lambino … ex codicibus manuscriptis emendata et aucta: 2, Lutetiae Parisiorum [2]1573
Levi, L., Di un luogo dubbio della III Catilinaria (9. 22), RFIC 20, 1892, 144–146
Lindsay, W. M., (suppl. D. Bains), Notae Latinae, Cambridge 1915
Luterbacher[1], F., Ciceros Reden. 1885–1886., JPhV 13, 1887, 218–243
Luterbacher[2], F., Ciceros Reden. 1903–1905., JPhV 31, 1905, 247–292
Luterbacher[3], F., Ciceros Reden, JPhV 32, 1906, 185–231

Luterbacher[4], F., Ciceros Reden, JPhV 34, 1908, 211–292
Luterbacher[5], F., Ciceros Reden. 1913–1916., JPhV 43, 1917, 115–128

Madvig[1], J. N., M. T. Ciceronis Orationes selectae duodecim, ed. J. N. Madvig, Hauniae [5]1867
Madvig[2], J. N., Opuscula academica, Hauniae (ed. prima duabus partibus constitit quae separatim a. [1]1834 et [1]1842 in lucem prodierunt) [2]1887
Madvig[3], J. N., Adversaria critica: 2, Hauniae 1873
Madvig[4], J. N., M. T. Ciceronis De finibus bonorum et malorum libri v, ed. J. N. Madvig, Hauniae ([1]1838, [2]1839) [3]1876
Manutius, P., M. T. Ciceronis Orationum volumen secundum, Venetiis 1541
Manutius, P., Commentarius M. T. Ciceronis Orationes, ed. Ch. G. Richter, Lipsiae 1783 (*paginas cito*)
Marastoni, A., censura ed. a Roca-Puig a. 1977 curatae, Aegyptus 58, 1978, 310–315
Matthiae, A., M. T. Ciceronis orationes vii: pro S. Roscio, pro lege Manilia, in Catilinam iv, pro Murena, ed. A. Matthiae, Lipsiae ([1]1818) [3]1831
May[1], J., Bericht über die Literatur zu Ciceros Reden aus den Jahren 1903–1906, JAW 134, 1907, 123–195
May[2], J., Rhythmen in Cineros katilinarischen Reden, Karlsruhe 1909
Mayer, K., v. Anliker-Mayer
Mayhoff, K., Zu erster Catilinaria, Jahrb. f. class. Philol. 99, 1869, 799–800 et 881
Methner, R., Dum, dummodo und modo, Glotta 1, 1907, 245–261
Meyer, W., Zu Cicero, Rhein. Mus. 25 ser. 3, 1870, 175–176
Mommsen, Th. ap. Halm[1]
Mueller, C. F. W., M. T. Ciceronis Scripta quae manserunt omnia: Part. II. vol. II continens orationes pro Tullio ..., in Catilinam ..., rec. C. F. W. Mueller, Lipsiae (1885) 1896
Münscher, F. W., Zu Cicero in Cat. or. IV, 24 u. 7, Philologus 56, 1897, 725–727
Muther, H., Zu Ciceros erster und zweiter Rede gegen Catilina, Jahrb. f. class. Philol. 81, 1860, 766–767
Muretus, M. A., M. Antonii Mureti in Ciceronis Catilinarias commentarius *in*: M. Antonii Mureti Opera omnia 2, ed. D. Ruhnken, Lugduni Batav. 1789, 521–648

Naegelsbach, K. R., Lateinische Stilistik, Nürnberg [9]1905
Nauck., Ann. nov. 67, 375 (*non vidi*)
Nohl[1], H., M. T. Ciceronis orationes selectae, 3: De imperio Cn. Pompei oratio, In L. Catilinam orationes IV, ed. H. Nohl, Lipsiae 1886
Nohl[2], H., Ciceros Catilinarische Reden, post Fr. Richter et A. Eberhard ed. H. Nohl, Leipzig-Berlin [7]1912
Nohl[3], H., censura disputationis Nordeni Aus Ciceros Werkstatt et Sonnenburgi De Ciceronis officina, WKPh 30, 1913, 286–289 et 1189–1190
Norden, E., Aus Ciceros Werkstatt. Sonderdruck aus dem 1. Heft der Sitzungsberichte der Preuß. Akademie 1913, Berlin, G. Reimer
Novák, R., M. Tullii Ciceronis in L. Catilinam orationes quattuor. Scholarum in usum iterum edidit Robertus Novák. Pragae 1893

Peterson, W., Collation from the Codex Cluniacensis s. Holkhamicus, a ninth-century manuscript of Cicero, now in Lord Leicester's library at Holkham, with certain hitherto unpublished scholia: Anecdota Oxoniensia, Oxford 1901, Classical Series, pt. 9
Pluygers, W. G., C. G. Cobet, *Ἀπομνημονεύματα* G. G. Pluygers ad Ciceronis orationes, Mn. n. s. 9, 1881, 131–148
Polle[1], F., Zu Ciceros Reden, Jahrb. f. class. Philol. 133, 1886, 431
Polle[2], F., Zu Ciceros Catilinarien, Jahrb. f. class. Philol. 143, 1891, 280
Primmer, A., Historisches und Oratorisches zur ersten Catilinaria, Gymnasium 84, 1977, 18–38

Rau, S. J. E., Variarum lectionum, ad Ciceronis orationes, liber alter, Lugduni Batav. 1842
Reis, P., M. Tulli Ciceronis Scripta quae manserunt omnia, Volumen VI,2: Orationes in L. Catilinam IV, pro Archia poeta, rec. P. Reis (separatim in Fasc. 17, a. 1927). Orationes pro L. Murena, pro P. Sulla, rec. H. Kasten. Oratio pro L. Flacco, rec. L. Fruechtel, Lipsiae 1933
Richter[1], Fr., Bemerkungen und Verbesserungen zu einigen Reden des Cicero, Rastenburg 1861
Richter[2], Fr., M. T. Ciceronis Orationes in Catilinam, Lipsiae 1869
Richter[3], Fr., Zu Ciceros Catilinarien, Jahrb. f. class. Philol. 105, 1872, 288
Richter, W., censura editionis ab A. Haury Parisiis a. 1969 emissae, Gnomon 44, 1972, 762–771

Roca-Puig[1], R., Ciceró. Catilinàries (I et II in Cat.). Papyri Barcinonenses, Barcelona 1977
Roca-Puig[2], R., Ciceronis I et II in Catilinam. Varianten in den Papyri Barcinonenses, Akten des XIII. Internationalen Papyrologenkongresses, Marburg/Lahn, 2. bis 6. August 1971, hrsg. von E. Kießling und H. A. Rupprecht, Münchener Beiträge zur Papyrusforschung und antiken Rechtsgeschichte, 66. Heft, München 1974, 373–379
Romana ed., Romae 1471
Rumpf, H., Tres commentationes: ... II. Quaestio critica de locis quibusdam Ciceronianis ..., Frankfurt am Main 1868

Sedlmayer, H. St., Zu Cicero in Catilinam I 20, WS 34, 1912, 428
Shackleton Bailey, D. R., Onomasticon to Ciceros' Speeches, Stuttgart-Leipzig 1992
Sonnenburg, P. E., De Ciceronis officina, Rhein. Mus. 68, 1913, 459–461
Stangl[1], Th., Cicero in Catil. II 8, Philologus 45, 1886, 721
Stangl[2], Th., censura ed. a Nohl[1] a. 1886 curata, DLZ 7, 1886, 702–703
Stephanus, C., Opera M. Tullii Ciceronis. Tomus secundus operum ... omnes eius orationes complectens, Lutetiae 1554
Sternkopf, W., Ciceros Reden gegen L. Sergius Catilina und für den Dichter Archias. In Anlehnung an die Ausgabe von K. Halm, erklärt von W. Sternkopf, Berlin 1916
Sydow, R., Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Philologus 92, 1937–1938, 223–238

Tittler, A., Zu Cicero und Livius, Jahrb. f. class. Philol. 75, 1857, 800
TLL, Thesaurus Linguae Latinae, Lipsiae 1910–

Ursinus, F., In omnia opera Ciceronis notae (coniecturae Ant. Augustini ex cod. Vat. lat. 3391 sumptae), Antverpiae 1581 (repetitae ap. Lambinum, ed. Genevae 1584)

Veneta ed., Venetiis 1471
Vester, H., Eine oft gelesene, aber auch manchmal mißverstandene Cicerostelle, Gymnasium 95, 1988, 17–20

Watt, W. S., *Enim* Tullianum, CQ N.S. 30 (74), 1980, 120–123
Weiske, B., M. T. Ciceronis Orationes tredecim selectae: S. Rosc., Manil., Catil., Arch., p. red. ad Quir., p. red. in sen., Mil., Marcell., Lig., Deiot., Lipsiae 1807
Wesenberg, A. S., Emendationes M. T. Ciceronis epistolarum, Hauniae 1840
Wuest, G., De clausula rhetorica, Argentorati 1881 (= Dissertationes philologicae Argentoratenses selectae 5, Argentorati 1881, [227–328])

Zielinski, T., Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Leipzig 1904

TESTIMONIORVM EDITIONES

Adnot. Lucan. = Adnotationes super Lucanum, ed. I. Endt, Lipsiae 1909
Arus. = Arusianus Messius, Exempla elocutionum, rec. A. Della Casa, Mediolani 1977
Ascon. = Q. Asconius Pedianus, Orationum Ciceronis sex enarratio, St. p. 6–72
Ps. Ascon. = Pseudasconii scholia Sangallensia Ciceronis quattuor in Verrem orationum primarum, St. p. 185–264
Audax gramm. = Audax, de Scauri et Palladii libris excerpta, GL VII, 1880, p. 320–362
Aug. gramm. = Aurelius Augustinus, Regulae, GL V, Lipsiae 1868, p. 496–524
Aug. c. Iulian. op. imperf. = Aurelius Augustinus, Contra Iulianum <opus imperfectum>, ed. M. Zeller, Corp. Vind. 85,1, Vindobonae 1974 (Iuliani verba = Iulian. Aug. c. Iulian op. imperf.)
Aug. rhet. = Aurelius Augustinus, de rhetorica, RhL, p. 137–151 (cf. Giomini *in* Filologia e forme letterarie, Studi ... della Corte IV, 1987, p. 285–294)
Beda = Beda, Liber de orthographia, GL VII, 1878, p. 261–94
Cassiod. inst. = Cassiodorus Senator, Institutiones, ed. R.A.B. Mynors, Oxonii 1937 (correct. 1961)
Char. ars = Flavius Sosipater Charisius, artis grammaticae quae exstant, rec. C. Barwick (corr. F. Kühnert), Lipsiae (^{1}1925) ^{2}1964
Cledon. = Cledonius, ars grammatica, GL V, 1868, p. 9–79
Diom. = Diomedes, Ars grammatica, GL I, 1857, p. 299–529
Diodor. = Diodorus Siculus, Bibliotheca historica, rec. Fr. Vogel-C. Th. Fischer, Lipsiae 1888–1906 (vide J. von Ungern-Sternberg, Ciceros erste Catilinarische Rede und Diodor XL 5a, Gymnasium 78, 1971, 47–54)
Don. Ter. = Aelius Donatus, commentum Terentii, rec. P. Wessner, Lipsiae 1902. 1905 (cf. O. Zwierlein, der Terenzkommentar des Donat, Berlin 1970; indicem loc. praebet Mountford-Schultz)
Dosith = Dositheus, Ars grammatica, rec. I. Tolkiehn, Lipsiae 1913
Explan. in Don. = Sergius vel Servius q.d., Explanationes in artem Donati, GL IV, 1864, p. 486–562
Fest. = Sex. Pompeius Festus, De verborum significatu quae supersunt cum Pauli epitome, ed. W. M. Lindsay, Lipsiae 1913

Fortun. = Consultius Fortunatianus, Ars rhetorica, ed. L. Calboli Montefusco, Bologna 1979

GL = Grammatici Latini, rec. H. Keil, Lipsiae 1857–1878

Hier. adv. Rufin. = Hieronymus, epistula adversus Rufinum, P. Lardet, Corp. Christ. 79, Turnholti 1982, p. 73–116

Hier. epist. = S. Eusebius Hieronymus, Epistulae, ed. I. Hilberg, Corp. Vind. 54–56, Vindobnae-Lipsiae 1910, 1912, 1918

Isid. orig. = Isidorus episcopus Hispalensis, Etymologiae sive Origines, rec. W. M. Lindsay, Oxonii 1911

Isid. iun. = Isidor iunior q.v., De vitiis et virtutibus orationis liber *apud* U. Schindel, Die lateinischen Figurenlehren des 5. bis 7. Jahrhunderts und Donatas Vergilkommentar, Abhandlungen der Akademie der Wissenschaften in Göttingen, Philolog.-Hist. Klasse, Dritte Folge Nr. 91, Göttingen 1975, p. 204–241

Iul. Ruf. = Iulius Rufinianus, de figuris sententiarum et elocutionis RhL, p. 38–47

Iul. Sev. = Iulius Severianus, Praecepta artis rhetoricae, RhL, p. 355–370

Iul. Vict. = C. Iulius Victor, Ars rhetorica, R. Giomini-M. S. Celentano, Lipsiae 1980

Iulian. *v.* Aug. c. Iulian.

Lucif. moriund. = Lucifer, moriendum esse pro dei filio, G.F., Diercks, Corp. Christ. 8, Turnholti 1978, p. 265–300

Lact. ira = Lactance, La colère de Dieu, rec. Ch. Ingremeau, Parisiis 1982, Sources Chrétiennes 289

Mar. Victorin. = C. Marius Victorinus, Explanationes in rhetoricam Ciceronis (*i. inv.*), RhL, p. 155–304

Mart. Cap. = Martianus Capella, De nuptiis Philologiae et Mercurii, ed. J. Willis, Lipsiae 1983

Mountford, J. F.-Schultz, J. T., Index rerum et nominum in scholiis Servii et Aelii Donati tractatorum, New York, Cornell University, 1930

Non. = Nonius Marcellus, De compendiosa doctrina, ed. W. M. Lindsay, Lipsiae 1903 (Merc. = in locis adferendis editores editionem secundam Mercerianam sequuntur)

Oros. hist. = Paulus Orosius, Historiae adversum paganos, C. Zangenmeister, Vindobonae 1882

Phoc. = Phocas, Ars sive de nomine et verbo, GL V, 1868, p. 410–439 (cf. etiam Foca, De nomine et verbo, ed. F. Casaceli, Napoli 1974)

Pomp. = Pompeius (Maurus), Commentum artis Donati, GL V, 1868, p. 95–312

Porph. = Pomponius Porphyrio, Commentum in Horatium Flaccum, rec. A. Holder, Ad Aeni Pontem 1894

Prisc. inst. = Priscianus, Institutiones grammaticae, rec. M. Hertz, GL II–III, 1855–1859
Prob. cath. = M. Valerius Probus, Catholica nominum et verborum, GL IV, Lipsiae 1864, p. 3–43
Prob. inst. = M. Valerius Probus, instituta artium, GL IV, Lipsiae 1864, p. 47–192
Quint. inst. = M. Fabius Quintilianus, Institutiones oratoriae, rec. M. Winterbottom, Oxonii 1970
RhL = Rhetores latini minores, rec. C. Halm, Lipsiae 1863
Rufin. = Rufinus, Commentarii in metra Terentiana *et* De numeris oratorum, GL VI, 1874, p. 554–578
Sacerd. = Marius Plotius Sacerdos, Artes grammaticae, GL VI, Lipsiae 1874, p. 427–546
Sall. = C. Sallusti Crispi Catilina, Iugurta, Fragmenta ampliora, ed. A. Kurfess, Lipsiae [3]1957
Schem. dian. = Anonymus Ecksteinii. Scemata Dianoeas quae ad rhetores pertinent, ed. U. Schindel, Nachrichten der Akademie der Wissenschaften in Göttingen. I. Philologisch-Historische Klasse 1987, p. 153–169
Schol. Bob. = Ciceronis duodecim orationum Scholia Bobiensia, St. p. 77–179
Schol. Clun. = Scholia Cluniacensia et Ambrosiana ac Vaticana, St. p. 269–271
Schol. Gron. = Scholia Lugdunensia sive Gronoviana, St. p. 281–290
Schol. Hor. = Pseudacronis scholia in Horatium vetustiora, 2 vol., rec. O. Keller, Lipsiae 1902–1904
Schol. Ter. = Scholia Terentiana, ed. Fr. Schlee, Lipsiae 1893
Serg. = Sergius, De littera, de syllaba, de pedibus, de accentibus, de distinctione commentarius, GL IV, p. 475–485
Sen. contr./suas. = L. Annaeus Seneca, Oratorum et rhetorum sententiae, divisiones, colores, rec. L. Hakånson, Lipsiae 1989 (p. 1–330: contr.; p. 331–373: suas.)
Serv. Aen. *al.* = Servius grammaticus, In Vergilii carmina commentarii, v. 1–3, ed. G. Thilo-H. Hagen, Lipsiae 1884–1923 (ind. loc. praebet Mountford-Schultz)
Serv. auct. Aen. *al.* = additamenta alterius recensionis quae Servius Danielis sive auctus vocatur – eduntur apud Thilo litt. inclinatis
Serv. gramm. = Servius grammaticus, Scripta grammatica varia, GL IV, 1864, p. 405–472
St. = Ciceronis Orationum scholiastae: Asconius, Scholia Bobiensia, Scholia Pseudasconii Sangallensia, Scholia Cluniacensia et recentiora Ambrosiana ac Vaticana, Scholia Lugdunensia sive

Gronoviana et eorum excerpta Lugdunensia, rec. Th. Stangl, Hildesheim 1964 (Reprogr. Nachdr. d. Ausg. Wien 1912)

Thuc. = Thucydides, Historiae, rec. H. Stuart-Jones (corr. J. E. Powell), Oxonii 1958–63 (vide D. Tabachovitz, Thuk. II 35,1 *ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι* und Cic. In Catil. I 5,11 *in uno homine summa salus periclitanda*, Eranos 47, 1949, 129–137, in primis 136–137)

titulus = titulus saec. iii–iv basi statuae aeneae magistrum Gallicum repraesentantis impressus: M. Passelac, Le bronze d'applique de Fendeille, Rev. arch. de Narbonnaise 5, 1975, 185–190

M. TVLLI CICERONIS ORATIONES IN L. CATILINAM QVATTVOR

CONSPECTVS SIGLORVM

B Papyrus Barcinonensis saec. iv/v in Aegypto scripta continet orr. 1–2, sed ex 1,1–29 non nisi frustula servantur, inde a 1,29 usque ad finem omnia fere integra exstant

Γ Papyrus Vindobonensis G. 30885 a+e saec. iv/v in Aegypto scripta continet fragmentum 1,15,165–20,236 *catilina* / *κατ*[*ιλινα*] ... [*soli*]*tudinique* / *και ε*[*ρημια*] misere laceratum

Π Papyrus Rylands 1.61 saec. v in Aegypto scripta continet particulam 2,14,171–15,182 [*converterit*] / *μ*[*ε*]*τεστρεψεν* ... [*ab dis immortalibus*] / *απο των αθανατων θεω*]*ν* passim lacunis foedatam

Δ Papyrus Vindobonensis L. 127 saec. v in Aegypto scripta continet reliquias 3,15,194–16,205 [*religio* / *θρησκια* ... *ille erat solus* / *εκινος η*[*ν μονος*

(**Π** et **Δ** duas eiusdem codicis particulas esse videntur; v. Praef. XI)

Familia *a*

C cod. Bibl. Britannicae, Addit. 47678, olim Holkhamicus 387, saec. ix[1] in urbe Turonum scriptus, postea in monasterium Cluniacense translatus; aliquot foliis (duodecim ut vid. in hac codicis parte) amissis desunt 1,5,54–1,17,196 *factum esse* ... *offensum*; 2,11,134–2,15,185 *ratione* ... *timeo*, 3,1,7–3,9,101 *-tutam videtis* ... *Cornelium ad quem*; 3,19,252–3,23,303 *imperi* ... *crudelissimo*; 3,27,351–4,8,117 *atque condicio* ... *impiis*; 4,15,225 *qua virtute* usque ad finem

A cod. Ambrosianus C. 29 inf. saec. x/xi[1] in Gallia meridionali vel Italia scriptus

V cod. Vossianus Lat. O. 2-II saec. x in Gallia exaratus

a cod. Laurentianus 45.2 saec. xii[1] in Gallia vel Anglia scriptus

f cod. Edinburgensis, Adv. 18.7.8, saec. xi/xii in Anglia scriptus

h cod. Harleianus 2682 saec. xi[2] in Lotharingia scriptus

α consensus codd. **CAVa** vel **AVa** (alii huius fam. codd. singillatim adferuntur)

Familia *β*

l cod. Harleianus 2716 saec. $x^{ex.}$ in Germania (in Rhenano circulo superiore ut vid.) scriptus (huius fam. fere orr. 1–3 sunt, inde a 4,1,8 *acerbitates* generis γ est)

s cod. Monacensis 15964, olim Salisburgensis, saec. $xii^{in.}$ in Germania scriptus

b cod. Monacensis 4611-III, olim Benedictoburanus, saec. xii^{2} in Germania scriptus

i cod. Monacensis 7809, olim Indersdorfensis, saec. xii^{2} in Germania scriptus

β consensus codd. **lsb** vel **ls** vel **lb**; ubi **l** deficit, **sbi** (codd. degeneres singillatim adferuntur)

Familia *γ*

x cod. Laurentianus 50.45 saec. x in Germania scriptus esse videtur; 4,1,7–4,13,197 *mihi si haec condicio ... armatus* desideratur

u cod. Bruxellensis 10057–10062-III, olim Egmontanus, saec. $xi^{ex.}$ iussu abbatis Stephani († 1083) in Germania/Belgia scriptus

t codex Monacensis 19472-I, olim Tegernseensis, saec. xii^{1} in Germania scriptus

o cod. Oxoniensis Collegi Corporis Christi 57 saec. xii^{1} manu Anglica exaratus

l cod. Harleianus 2716, or. 4 (v. supra ad *β*)

γ locis quibus plus duo huius fam. testes contra unius vel duorum (in or. 4) testimonium faciunt; codd. degeneres separatim adferuntur

Aliquotiens adferuntur:

j cod. Laudunensis 453 bis saec. xii^{2} in Gallia scriptus

U cod. Parisinus lat. 6602-II saec. $xiii^{2/4}$ in Gallia scriptus

r cod. Rheinaugiensis 127-I saec. xi in Germania (vel Helvetia) scriptus

e cod. Monacensis 14781-I, olim Emmeranus sive Ratisbonensis, saec. xii^{2} in Germania scriptus continet 1,1–2,27,334 *qui in urbe*

G cod. Vaticanus lat. 3251 saec. xi in Italia sept. scriptus.; deficit in verbis 3,21,272 *suscepta esse*
N cod. Neapolitanus IV.B.21, saec. xii^2, in Italia scriptus
g cod. Gudianus 2 (4306), saec. xiv in Italia sept. scriptus (cf. P.L.Schmidt, IMU 28, 1985, 48ff.)
R cod. Trecensis 552, saec. xiv^1 scriptus
D cod. Laurentianus 48.10 a. 1416 Florentiae a Ioanne Arretino scriptus
J cod. Laurentianus 48.11 ca. aa. 1410–1420 Florentiae a Poggio scriptus
Z cod. Laurentianus 48.21, saec. xv scriptus
correctiones secundum $manum^1$ et $manum^2$ (e.g. $\mathbf{x}^1$, $\mathbf{x}^2$) exhibuntur excepto **C** et $\mathbf{C}^c$ (= cod. Clun. correctus)
ed. R. ed. Romana 1471
ed. V. ed. Veneta 1471
$Lb.^1$ *$Lb.^1$* ed. Lambiniana a. 1565 (paulo correctior *ed. R.*)
$Lb.^2$ *$Lb.^2$* ed. Lambiniana a. 1573 (plerumque ob notas marginales laudatur)

TESTIMONIA

Cic. Att. 2,1,3 oratiunculas autem et quae postulas et pluris etiam mittam, quoniam quidem ea quae nos scribimus adulescentulorum studiis excitati te etiam delectant. fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus quae Philippicae nominantur enituerat tuus ille civis Demosthenes et quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, ut *σεμνότερός τις* et *πολιτικώτερος* videretur, curare, ut meae quoque essent orationes quae consulares nominarentur. quarum una est in senatu Kal. Ian., altera ad populum de lege agraria, tertia de Othone, quarta pro Rabirio, quinta de proscriptorum filiis, sexta cum provinciam in contione deposui, septima qua Catilinam emisi, octava quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit, nona in contione quo die Allobroges †invocarunt†, decima in senatu Non. Dec. sunt praeterea duae breves quasi *ἀποσπασμάτια* legis agrariae. hoc totum *σῶμα* curabo ut habeas.

Cic. Pis. 5 ego L. Catilinam, caedem senatus, interitum urbis non obscure sed palam molientem, egredi ex urbe iussi, ut a quo legibus non poteramus, moenibus tuti esse possemus. ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis civitatis de coniuratorum nefariis manibus extorsi.

Vell. 2,34,3 M. Cicero ... consul Sergi Catilinae Lentulique et Cethegi et aliorum utriusque ordinis virorum coniurationem singulari virtute, constantia, vigilia curaque aperuit. Catilina metu consularis imperii urbe pulsus est; Lentulus consularis et praetor iterum Cethegusque et alii clari nominis viri auctore senatu iussu consulis in carcere necati sunt.

Tac. dial. 37 nec Ciceronem magnum oratorem P. Quinctius defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt.

Adnot. Lucan. 1,267 Gracchi quorum Cicero meminit in invectivis (*cf. 1,3; 4; 29 et 4,4; 13*)

M. TVLLI CICERONIS
IN L. CATILINAM ORATIO PRIMA

TESTIMONIA

Cic. orat. 128 duo sunt quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant. quorum alterum est quod Graeci *ἠθικὸν* vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum; alterum quod idem *παθητικὸν* nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio. illud superius come, iocundum, ad benivolentiam conciliandam paratum; hoc vehemens incensum incitatum, quo causae eripiuntur; quod cum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest. quo genere nos mediocres aut multo etiam minus, sed magno semper usi impetu saepe adversarios de statu omni deiecimus: ... a nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus ommutuit (*cf. 1,8*).

Ascon. Pis. p. 14,8 St. hic non subtilis computatio annorum facta est, verum summatim tempus comprehensum est. ... haec consuetudo in ipsius orationibus est. itaque idem Cicero in ea quoque quam habuit in Catilinam in senatu, licet octavus decimus dies esset post factum S.C., ut viderent consules ne quid res publica detrimenti caperet, dixit vicesimum diem habere S.C. tamquam in vagina reconditum (*cf. 1,3–4*).

Plutarch. Cic. 15,3–4 ἐπεὶ δὲ καὶ Κόϊντος Ἄρριος ... ἀπήγγελλε τοὺς ἐν Τυρρηνίᾳ καταλοχισμούς, καὶ Μάλλιος ἀπηγγέλλετο σὺν χειρὶ μεγάλῃ περὶ τὰς πόλλεις ἐκείνας αἰωρούμενος ἀεί τι προσδοκᾶν καινὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, γίνεται δόγμα τῆς βουλῆς παρακατατίσεσθαι τοῖς ὑπάτοις τὰ πράγματα, δεξαμένους δ' ἐκείνους ὡς ἐπίστανται διοικεῖν καὶ σώζειν τὴν πόλιν. τοῦτο δ' οὐ πολλάκις, ἀλλ' ὅταν τι μέγα δείσῃ, ποιεῖν εἰώθεν ἡ σύγκλητος (*cf. 1,3–4*).

ib. 16,3 προελθὼν δ' ὁ Κικέρων ἐκάλει τὴν σύνκλητον εἰς τὸ τοῦ Στησίου Διὸς ἱερόν, ὃν Στάτορα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ἱδρυμένον ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὸ Παλάτιον ἀνιόντων. ἐνταῦθα καὶ τοῦ Κατιλίνα μετὰ τῶν ἄλλων ἐλθόντος ὡς ἀπολογησομένου, συγκαθίσαι μὲν οὐδεὶς ὑπέμεινε τῶν συγκλητικῶν, ἀλλὰ πάντες ἀπὸ τοῦ βάθρου μετῆλθον. ἀρξάμενος δὲ λέγειν ἐθορυβεῖτο, καὶ τέλος ἀναστὰς ὁ Κικέρων προσέταξεν αὐτῷ τῆς πόλεως ἀπαλλάττεσθαι. δεῖν γὰρ αὐτοῦ μὲν λόγοις, ἐκείνου δ' ὅπλοις πολιτευομένου μέσον εἶναι τὸ τεῖχος. (*cf. 1,10, 16, 33. 2,12*).

Cass. Dio 37,31,2 δεύτερα δὲ τὰ ἀπὸ τῆς Τυρσηνίδος, καὶ προσεψηφίσαντο τοῖς ὑπάτοις τὴν φυλακὴν τῆς τε πόλεως καὶ τῶν ὅλων αὐτῆς πραγμάτων, καθάπερ εἰώθεσαν. καὶ γὰρ τούτῳ τῷ δόγματι προσεγράφη τὸ διὰ φροντίδος αὐτοὺς σχεῖν ὥστε μηδεμίαν ἀποτριβὴν τῷ δημοσίῳ συμβῆναι (cf. 1,3–4).

ib. 37,32,4 οὕτως αὐτοὺς (sc. Catilinae socios) καὶ ἐπέρρωσε καὶ παρώξυνεν ὥσθ' ὑποσχέσθαι δύο τινὰς ἔς τε τὴν τοῦ Κικέρωνος οἰκίαν ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἐσάξειν κἀνταῦθα αὐτὸν φονεύσειν (cf. 1,9).

Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? **1**
quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem 1
sese effrenata iactabit audacia? nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi se-

1–3 quo usque … nos (nos *om. Iul. Vict.*) … audacia *Iul. Vict. p. 94,4; Schem. dian. l. 34 (cf. l. 235)* || **1** quo usque … (Catelina *titulus*) … nostra *Sen. suas. 7,14; Quint. inst. 9,2,7; titulus; Rufin. GL VI 573,20; Prisc. inst. GL III 89,1; 139,9; 320,14; Adnot. Lucan. 9,263 : cf. Lucif. moriund. 12,38* quo usque tandem abuteris dei patientia, Constanti | quo usque … Catilina *Don. Ter. Phorm. 231,4; Pomp. GL V 133,15* | (quo usque … Catilina) *cf. verba ap. Sall. Catil. 20,9 Catilinae tributa commiseranti omnium prae paucorum potentia miseram vitae condicionem* quae quo usque tandem patiemini, fortissumi viri | quo usque … abutere *Quint. inst. 4,1,68; Diom. GL I 453,11* | abutere … nostra *Arus. 12 (cf. Quint. inst. 9,2,8* diu abuteris patientia nostra) || **2** quam … tuus eludet *Don. Ter. Eun. 55,2* || **2–3** quam diu iste furor … sese iactabit audacia *Pomp. GL V 133,16* | quem … impudentia effrenata iactabit *Iulian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1,22* | (quem … audacia) *cf. Hier. adv. Rufin. 3,25* quo non erumpat semel effrenata audacia || **3** (effrenata audacia) *cf.* effrenata libertatis audacia *Oros. hist. 7,33,1* || **3–6** nihilne … concursus (consensus *Quint.*) … habendi senatus (senatus habendi *Diom.*) … vultusque moverunt *Quint. inst. 9,3,30; Diom. GL I 444,16* | nihilne … locus *Pomp. GL V 282,12*

Inscr. ORATIONES C(iceronis) i(n) catilinam **C** : IN LVCIVM CATILINAM INCIPIT LIBER PRIMVS FELICITER …… **A** : Incipit Liber Primus Invectivarum Marcii Tullii Ciceronis Contra Catilinam **f** : Invectio tullii i(n) catilina(m) ·Incip(it) lib(er) ·i· (*manu rec.*) **a** : Marci · Tullii·Ciceronis·Invectivaru(m)·Liber Primus In Catilinam· **l** : ·M·TVLLII·CICERONIS ·INVECTIVARVM LIBER ·I· **s** : Incipit tulli(us) invectivarum in catilina(m) **b** : Incipiunt Invectivae **i** : ·M· TVLLII CICERONIS INVECTIVARU(m) LIBER PRIMVS IN CATILINAM **xt** : Incipit liber .M. T. Ciceronis invectivarum in Catilinam **u** : *om.* **Vo** : (Cicero) in Catilinam *Quint. multique alii testes* : Cicero I *sqq.* invectivarum *Prisc.* : Cicero in Catilinam lib. *Non.* : *nude* Cicero *vel* Tullius *reliqui testes* : *deficit* **B**

2 nos eludet *om.* **V** | nos *Pomp.; Schem. dian.* **Calγ** : *post* diu *transp.* **sb** : *om. Don. Ter.; Iul. Vict.* **A** (*de* **V** *v. supra*) || **4–5** concursus] consensus *Quint. prob. Emlein 20–23*

natus locus, nihil horum ora voltusque moverunt? patere
tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium sci-
entia teneri coniurationem tuam non vides? quid proxima,
quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris,
2 quid consili ceperis quem nostrum ignorare arbitraris? o
tempora, o mores! senatus haec intellegit, consul videt; hic
tamen vivit. vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit
publici consili particeps, notat et designat oculis ad caedem
unum quemque nostrum. nos autem fortes viri satis facere
rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus. ad
mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oporte-
bat, in te conferri pestem istam quam tu in nos omnis iam
3 diu machinaris. an vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex

3–5 nihilne ... nihil omnium bonorum concursus *Serg. GL IV 484,32* || **3–4** nihilne ... Palatii *Pomp. GL V 133,17* || **5–6** nihil hic ... locus *Prisc. inst. GL II 410,11; 425,26. III 233,28* | munitissimus ... locus *Prisc. inst. GL II 411,7* || **6–7** patere ... sentis *Quint. inst. 9,2,7; Iul. Ruf. 21 RhL p. 44,9; Schem. dian. l. 236* || **8–9** quid proxima ... egeris *Prisc. inst. GL III 363,17* || **10** quem ... arbitraris *Iul. Ruf. 21 RhL p. 44,10* || **10–11** o tempora, o mores *Sen. suas. 6,3; Quint. inst. 9,2,26; Don. Ter. Ad. 304,1; Prisc. inst. GL III 89,7* || **11** senatus ... videt *Mart. Cap. 5,517* | consul videt *Mart. Cap. 5,521* || **11–12** hic ... vivit immo vero (vivit immo vero *om. Schem.* : vero *om. Cassiod.* : vivit *et* vero *pr. l.*, immo vero *post. l. om. Isid.*) ... venit *Quint. inst. 9,3,44; Schem. dian. l. 282; Cassiod. inst. 2,2,13; Isid. orig. 2,9,11 et 2,21,3* || **12** vivit vivit immo etiam ... venit *Isid. iun. l. 190* || **13** notat ... oculis *Serv. Aen. 3,515 et 5,317; Adnot. Lucan. 8,55* || **15** si ... vitemus *Diom. GL I 470,12* || **18–22** an vero vir amplissimus (vir a. *om. Mar. Victorin.*) ... incendiis (incendio *Quint.*) ... perferemus *Quint. inst. 8,4,13; Mar. Victorin. 1,28 RhL p. 227,26* | P. Scipio ... perferemus *Mart. Cap. 5,496*

6 movent **a** || **7** iam ***a*lγ** : *om.* **sb** | horum omnium ***a*l** : bonorum omnium **o** : omnium horum **sbγ** || **8** tuam ***a*βγ** : *om.* **CAV** || **9** egeris] gesseris egeris **V** || **13** et] ac **V** || **14** nos ***a*βγ** : *om.* (*in lac.* **CA**) **CAV** | fortes viri ***a*** : viri fortes ***β*γ** || **14–15** facere rei p.] faceret publice **C** || **15** vitemus *Diom.* ***a*βγ** *cf. Ernout* : vitamus **CAV** || **17** pestem istam (istam *sscr. in* **C**) **C**^{c}***β*γ** *prob. Alberti 211* : pestem ***a*** | nos *om.* **V** || **17–18** omnis (-is **A**) iam diu ***a*lo**^{2} : iam diu **γ** : *om.* **sb**

maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent. habemus enim senatus consultum in te, Catilina, vehemens et grave; non deest rei publicae consilium neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, consules desumus.

Decrevit quondam senatus uti L. Opimius consul videret **2**
ne quid res publica detrimenti caperet: nox nulla intercessit; 4
interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus, occisus est cum liberis M. Fulvius consularis; simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus est permissa res publica: num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis et C. Servilium praetorem mors ac rei publicae poena remorata est? at vero nos vicesimum iam diem patimur hebescere

22–24 nam illa nimis ego (ego *altero loco om.*) antiqua … quod (quaeque *codd.*) Servilius … occidit *Pomp. GL V 299,29; 300,16* || **22** nam … praetereo *Serv. Aen. 8,483* || **24** fuit fuit … virtus *Prisc. inst. GL III 82,12; 109,8* || **28–29** nos nos … nos consules desumus *Mart. Cap. 5,533; Prisc. inst. GL III 157,15* || **37–38** Servilium … remorata est *Schol. Gron. p. 284,25 St.* || **38–41** (vicesimum … reconditum) *cf. Ascon. Pis. p. 14,13 St. Cicero* dixit vigesimum diem *consules* habere S.C. tamquam in vagina reconditum

20 Catilinam *Quint.; Mar. Victorin.; Mart. Cap.* **AVa** : catilinam vero **Cβγ** *prob. Alberti 211* || **21** incendio *Quint.* || **21–22** perferremus **C** || **22** quod C. *Muretus 539* : quodque **CAa** : quod Q. **Vβγ** : quaeque *codd. Pomp. utroque loco* || **23** sp· melium **AVβ** : spurium aelium **Cγ** : ·p· maelium **a** || **26** enim *βγ prob. Alberti 211* : *om.* **a** || **27** et grave (*sscr. in* **C**) **C**[c]**aβγ** : *om.* **CAV** || **30** uti **CAV** : ut **aβγ** || **33** avo **aβ** : *om.* **xuo**[1] : natus **to**[2] *mg.* | maioribus **aβ** : a maioribus **γ** | est **Caβγ** : *om.* **AV** || **37** mors] prona mors **a** || **38** vero **CAVβγ** : *om.* **ah** | iam vigesimum **V**

aciem horum auctoritatis. habemus enim eius modi senatus
consultum, verum tamen inclusum in tabulis, tamquam in
vagina reconditum, quo ex senatus consulto confestim te
interfectum esse, Catilina, convenit. vivis, et vivis non ad
deponendam sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres
conscripti, me esse clementem, cupio in tantis rei publicae
periculis me non dissolutum videri, sed iam me ipse inertiae
5 nequitiaeque condemno. castra sunt in Italia contra popu-
lum Romanum in Etruriae faucibus conlocata, crescit in
dies singulos hostium numerus; eorum autem castrorum im-
peratorem ducemque hostium intra moenia atque adeo in
senatu videtis intestinam aliquam cotidie perniciem rei pu-
blicae molientem. si te iam, Catilina, comprehendi, si inter-
fici iussero, credo, erit verendum mihi ne non potius hoc
omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum
esse dicat. verum ego hoc quod iam pridem factum esse

42–43 vivis et (sed *non nulli codd.*) ... audaciam *Quint. inst. 9,3,29* || **47–48** crescit ... numerus *Arus. 331* | crescit ... singulos *Diom. GL I 412,11* || **51–54** si te Catilina ... dicat *Quint. inst. 9,3,19*

39 eius modi senatus *ob membranae mutilationem deest in* **C** | eius **CAV** (*de* **C** *v. Peterson xi adn. 1*) : huiusce **ah** : huius ***βγ*** || **40** verum tamen (tamen *sscr. in* **C**) **C**^{c}***β*****xto**^{2} *prob. Alberti 211* : verum ***α*****uo**^{1} || **41–42** te interfectum esse ***α*** : interfectum te esse (esse te **o**) ***βγ*** || **45** me non ***βγ*** : non ***α*** : me non modo **o**^{2} | iam ***α*** : etiam ***βγ*** | ipse ***α*** : ipsum ***βγ*** || **50** videtis ***α*** : videmus ***βγ*** || **51** iam ***αβγ*** : *om. Quint.* **A**^{1}**o**^{1} *prob. Emlein 23–24* || **51–52** interfici *Quint.* ***αβ*****x** : te interfici ***γ*** || **52–54** credo ... dicat] credo *per ironiam dictum,* non *non nisi ad priorem sententiae partem, non ad alteram pertinere adfirmat Anliker 110.* non potius *coniunctim legendum intellegendumque 'non magis' vel 'non plus' vel, si Germanice Angliceve reddas, 'non minus', itaque vereri Ciceronem ne prius illud ei accidat non minus quam ne alterum censet Mayer 110–112 (cf. K.-S. II 2,252 et 483, et, quod ad* credo *attinet, K.-S. II 2,161). cf. etiam Rumpf; Mayhoff; Eichler; Mueller, Praef. lxv; Vester* || **52** ne non] **x**^{2} : ne **x**^{1}**zRJ** | potius hoc *Quint.* ***αβγ*** : potius **o** : hoc potius **egZ** (*et alii*) *edd. vett. et (per errorem?) Clark* || **54–196** factum esse ... offensum *deficit* **C**

oportuit certa de causa nondum adducor ut faciam. tum de-
nique interficiere, cum iam nemo tam improbus, tam perdi-
tus, tam tui similis inveniri poterit qui id non iure factum
esse fateatur. quam diu quisquam erit qui te defendere au- 6
deat, vives, et vives ita ut nunc vivis, multis meis et firmis
praesidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam
possis. multorum te etiam oculi et aures non sentientem,
sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.

Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius exspectes, si **3**
neque nox tenebris obscurare coeptus nefarios nec privata
domus parietibus continere voces coniurationis potest, si in-
lustrantur, si erumpunt omnia? muta iam istam mentem, mi-
hi crede, obliviscere caedis atque incendiorum. teneris undi-
que; luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam
mecum licet recognoscas. Meministine me a.d. XII. Kal. 7
Nov. dicere in senatu fore in armis certo die, qui dies futu-
rus esset a. d. VI. Kal. Nov., C. Manlium, audaciae satelli-

65–66 si lustrantur ... mentem *Non. p. 335,33 Merc.* | si inlustrantur ... omnia *Char. ars p. 293,14; Diom. GL I 227,3 et 392,29; Dosith. 53,1* || **67** obliviscere ... incendiorum *Serv. Aen. 1,203; Arus. 398* || **69–71** meministine me in a.d. XII Kalendarum Novembrium ... in a.d. VI Kalendarum Novembrium *Prisc. inst. GL III 370,9* || **70–71** qui dies ... Kalendarum Novembrium *Prisc. inst. GL III 315,26*

56 interficiere **As** : interficere **Vlb** : interficieris **a** : interficiam te *γ* || **56–57** tam perditus ***αβγ*** : nemo tam perditus **AV** || **57** poterit ***αlγ*** : possit **sb** || **59** sed vives *Weiske; Madvig*[2] *151* | nunc ***αo*** : *om.* ***βγ*** || **60** obsessus ***α*** *cf. 7,79* circumclusum : oppressus ***βγ*** | te ***βγ*** : *om.* ***α*** || **61** aures] **f** : vires **a** || **63** catilina ***βγ*** : *om.* ***α*** || **64** coeptus ***βγ*** *cf. fin. 4,41* : coetus ***α*** | nec ***αlγ*** : neque **sb** *Lb.*[1] || **65** coniurationis **AV*γ*** : coniurationis tuae ***αβ*** (*etiam ob clausulam spernendum*) || **65–66** lustrantur *Non.* || **67** teneris ***αt*** : teneberis (tenebris **l**[1]**o**) ***β*xuo** || **68** nobis clariora **V** | iam ***αuo*** : etiam ***β*xt** || **69** ante (anti **B**) diem **B*αβ*o** : in ante diem *Prisc.* **h** : ante *γ* || **69–70** Kl' novembris ***αlγ*** : K' noū] **sb** : Kalendarum Novembrium *Prisc.* || **71** ante diem ***αγ*** : in ante diem ***β*x** : in (*altero loco om.*) a. d. *Prisc.* | ·VI· *Prisc.* ***αt*** *cf. Sall. Catil. 30,1* : III **u** : VIII **lxo** : VIIII **sb** | Kl' novembris ***αlγ*** : Kl' Noū] **sb** : Kalendarum Novembrium *Prisc.* : kalenda] | rum n[o]vemb[rium **B**

tem atque administrum tuae? num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox tamque incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu caedem te optimatium contulisse in a.d. V. Kal.Nov., tum cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. num infitiari potes te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia circumclusum commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu discessu ceterorum nostra tamen qui remansissemus caede contentum te esse dicebas?
8 Quid? cum tu te Praeneste Kal. ipsis Nov. occupaturum nocturno impetu esse confideres, sensistin illam coloniam meo iussu meis praesidiis, custodiis, vigiliis esse munitam? nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas quod <non> ego non
4 modo audiam sed etiam videam planeque sentiam. Reco-

74–75 dixi ego in senatu ... contulisse *Diom. GL I 389,30* || **76–77** tum ... Romae ... conservandi *Char. ars p. 302,20* || **85** nihil agis ... cogitas *Schem. dian. l. 308; Isid. orig. 2,21,6; Isid. iun. l. 246* || **85–86** non solum videam sed etiam audiam planeque sentiam (*libere*) *Don. Ter. Andr. 470,2*

72 num me] ṇ[u]ṃ non [me **B** || **73** tam atrox ***βγ*** : *habuisse vid.* **B** : *om.* ***a*** || **74** idem ***aβγ*** : in | dē] **o** : idem diem **V** : diem idem **A** : *om. Diom.* || **75** te optimatium (optu- **a**) ***alγ*** : te optimati] | um **B** : optimatium te **sb** || **76** roma ***aβ*** : romę *Char.* *γ* || **77** ca[usa reprimendorum **B** || **78** ipso ***alγ*** : *om.* **sb** || **79** commovere te (te *om.* **o**[1]) ***aβγ*** : commoveri te **AV** : **B** *non liquet* | contra·rē·p· ***aβγ*** : *habuisse vid.* **B** : *om.* **AV** || **80** tu ***alγ*** : te **sbx** || **81** te *hic hab.* **AVl*γ*** : *ante* contentum (*sscr.* **h**) **ah** : *om.* **sb** : **B** *non liquet* || **82** tu te ***βγ*** *prob. Alberti 211* : te ***a*** : tu **u** || **83** sensistin ***a*** : sensistine ***βγ*** || **84** vigiliis ***a*** : vigiliisque ***βγ*** : **B** *non liquet* || **85–86** quod <non> ego non modo *Halm*[1]*; cf. TLL VIII 1320,24 sqq.* : quod ego non modo **A*aβγ*** *prob. W. Richter 768 auxilium ab ἀπὸ κοινοῦ usu particulae* non *petens, cuius cum alii tum Verg. Aen. 6,92 praebet exempla,* quas gentes ... aut quas non oraveris urbes (*cf. H.-S. 835 g*), *quae quidem figura male mihi cum hoc loco convenire videtur. nam nisi fallor ex* non *alterum* non *illi praecedens audiri debet, quod quo modo hic fieri possit non intellego. certe apud Cic. ne unum quidem eius modi exemplum invenire potui* : quod ego non modo non

gnosce mecum tandem noctem illam superiorem: iam intel-
leges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perni-
ciem rei publicae. dico te priore nocte venisse inter falcarios
– non agam obscure – in M. Laecae domum; convenisse
eodem compluris eiusdem amentiae scelerisque socios. num
negare audes? quid taces? convincam, si negas. video enim
esse hic in senatu quosdam qui tecum una fuerunt. o di im- 9
mortales! ubinam gentium sumus? quam rem publicam ha-
bemus? in qua urbe vivimus? hic, hic sunt nostro in nume-
ro, patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo
gravissimoque consilio, qui de nostro omnium interitu, qui
de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exitio cogitent.
hos ego video consul et de re publica sententiam rogo et
quos ferro trucidari oportebat eos nondum voce volnero.

89 dico ... falcarios *Serv. Aen. 12,437; Prisc. inst. GL III 310,3* || **92** convincam si negas *Don. Ter. Phorm. 390,1* || **93–96** o dii ... nostro in ... conscripti *Mart. Cap. 5,505* || **93–95** pro dii ... vivimus *Don. Ter. Ad. 685,2* || **93–94** o (*om. Schem.*) dii ... sumus *Schem. dian. l. 349; Explan. in Don. GL IV 510,10; Isid. orig. 2,21,19* || **94** ubinam gentium sumus *Explan. in Don. GL IV 558,22* || **95–96** hic hic sunt nostro in numero *Schol. Gron. p. 281,2 St.* || **95** hic hic sunt nostro *Sacerd. GL VI 443,2* || **97–98** qui de huius ... cogitant *Schem. dian. l. 115*

V, *cui* **B** *favere vid.* : quin ego non modo *Madvig*[2] *114–116* || **87** mecum tandem **BAVβγ** : tandem mecum **ah** || **88** me] me ma[gis **B** *dubitanter restituit editor* || **91** plures **B** || **93** hic in senatu **alγ** : in senatu hic **sb** || **94–95** quam rem p. habemus in qua urbe vivimus *Don. Ter.; Mart. Cap.* **Bβγ** *Zielinski 202* : in qua urbe vivimus quam rem p. habemus **a** || **95** hic hic *Sacerd.; Mart. Cap.; Schol. Gron.* **aβ** : hic (hi **x** : hii **o**[2]) **γ** | nostro in (in *sscr. in* **l**) *Mart. Cap.; Schol. Gron.* (*etiam Sacerd.?*) **Blγ** : in nostro **asb** || **96** terrarum **B** || **97** e]t gravissimo **B** *cf. Roca-Puig*[1], *p. 53 ad 6,15* | nostro **Aa** *cf. 4,4,53–54* ad vestram omnium caedem : nostrum **Vβγ** || **98** de[2] *Schem. dian.* **a** : *om.* **βγ** *at cf. Cluent. 79 C. Iunium* de foro atque adeo de civitate esse sublatum; *cf. etiam S. Rosc. 113* is inter honestos homines atque adeo inter vivos numerabitur | cogitent **Aaβγ** : cogitant *Schem. dian.* **V** || **99** hos **a** : hosce **βγ** | consul ego vi]deo **B** || **100** quos] quos iam dudum **e** *quod coll. 5,54 prob. Klussmann 18–19*

fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina, distribuisti partis Italiae, statuisti quo quemque proficisci placeret, delegisti quos Romae relinqueres, quos tecum educeres, discripsisti urbis partis ad incendia, confirmasti te ipsum iam esse exiturum, dixisti paulum tibi esse etiam nunc morae, quod ego viverem. reperti sunt duo equites Romani qui te ista cura liberarent et se illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo
10 lecto interfecturos esse pollicerentur. haec ego omnia vixdum etiam coetu vestro dimisso comperi; domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi, exclusi eos quos tu ad me salutatum mane miseras, cum illi ipsi venissent quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse praedixeram.

5 Quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti, egredere aliquando ex urbe; patent portae: proficiscere. nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant. educ tecum etiam omnis tuos, si minus, quam plurimos; purga urbem. magno me metu liberabis, modo inter me atque te murus intersit. nobiscum versari iam diutius non potes; non feram, non patiar, non sinam.

101–102 fuisti … Italiae dixisti quocumque proficisci placeret *Schem. dian. l. 79 et 129* || **101** fuisti … Catilina *Fortun. 2,18* || **107–108** me … lecto *Prob. cath. GL IV 29,32; Sacerd. GL VI 481,1* || **114–115** quae cum … proficiscere *Quint. inst. 9,3,45* || **115–116** et **245** quid exspectas (*haec ex* 245) proficiscere nimium iam diu … desiderant *Iul. Ruf. 27 RhL p. 45,18* || **118** magno … liberabis *Arus. 360* || **119–120** non feram … sinam *Schem. dian. l. 309; Isid. orig. 2,21,6; Isid. iun. l. 247*

103 romae **αuo** : roma **βxt** : **B** *non liquet* | discripsisti *Bücheler 601* : de- *αβγ* || **104** partes urbis **x** | esse *om.* **b** || **105** paulum *α* : paululum (paulolum **b**) *βγ* | nunc **aβγ** : num **A** : tū nū **V** | quod] quoad *Hirschfelder ap. Eberhard. at cf. May*[2] *8* || **107** se *α* : sese *βγ* || **108** lecto *Prob.; Sacerd.* **AVt** *cf. 4,2,14* lectus. *at Sull. 52* lectulo : lectulo **aβγ** | esse **AVβγ** : *om.* **a** *Mueller* || **109** meam **aβγ** : *om.* **AV** || **111** tu *om.* **V** | cum … venissent *om. ed. V. idemque proposuit Eberhard* || **112** id temporis ad me **o** || **113** esse **αlγ** : *om.* **sb** || **116** imperatorem (in- **t**) **AVβγ** : impia **a** || **118** me[1] *Arus.* **aβγ** : *om.* **AV** | liberabis *Arus.* **aβγ** : liberaberis **AV** : liberaveris *con. Lb.*[1] *in adn.* | modo *α v. Methner 249* : dum modo *βγ*

Magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi 11
Statori, antiquissimo custodi huius urbis, gratia, quod hanc tam taetram, tam horribilem tamque infestam rei publicae pestem totiens iam effugimus. non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae. quam diu mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio sed privata diligentia defendi. cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti, compressi conatus tuos nefarios amicorum praesidio et copiis nullo tumultu publice concitato. denique, quotienscumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam. nunc iam aperte rem publi- 12
cam universam petis; templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam ad exitium et vastitatem vocas. qua re, quoniam id quod est primum et quod huius imperi disciplinaeque maiorum proprium est, facere nondum audeo, faciam id quod est ad severitatem lenius, ad communem salutem utilius. nam si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus; sin tu, quod te iam dudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina

124–125 (non est ... rei p.) *obversari Ciceroni videtur Thuc. II 35,1 καὶ μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι πιστευθῆναι* (*v. Tabachovitz*) || **133–134** rem p. ... petis *Iul. Sev. 21 RhL p. 367,23* || **142–143** *Cicero* ... sentinam rei publicae *dixit Quint. inst. 8,6,15*

121 ipsi *om.* **s** || **122** quod] terribilem quod **A** || **123** horribilem (orribilem **A**) **A*aβγ*** : terribilem **V** (*cf.* **A** *supra 122; sc.* terribilem *in mg. exemplaris fuit*) || **135** denique ***βγ*** *prob. Alberti 212* : *om.* ***a*** || **136** et ***a*** : ac ***βγ*** || **138** est[1] *om.* **ah** || **139** lenius (levius **V**) ***a*** : lenius et ***βγ*** || **140** coniuratorum] coniuratorum comitum **t** || **142** tuorum comitum (*etiam* ex urbe *Kimmig 29*) *ut glossema quo infra* sentina rei p. *explicatur secl. Halm*[2] : tuorum omnium *coni. Binsfeld*[2] *5. at re vera* tuorum comitum *gen. explicativus est paulo inusitatiorem imaginem explicans* (*cf. Eussner 261, Naegelsbach 436 et 600–603*)

13 rei publicae. quid est, Catilina? num dubitas id me imperante facere quod iam tua sponte faciebas? exire ex urbe iubet consul hostem. interrogas me, num in exsilium? non iubeo sed, si me consulis, suadeo.

6 Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum qui te non metuat, nemo qui non oderit. quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? quod privatarum rerum dedecus non haeret in fama? quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore afuit? cui tu adulescentulo quem corruptelarum inlecebris inretisses non aut ad audaciam fer-
14 rum aut ad libidinem facem praetulisti? quid vero? nuper cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumu-

150–153 quae nota ... turpitudinis quod privatarum ... rerum dedecus quae libido ... a manibus quod flagitium a tuo corpore afuit *Isid. iun. l. 130*

143–147 num dubitas ... Catilina *om.* **V** || **143–144** num dubitas ... facere *haec mutilatione papyri ablata infra post 147* Catilina *per dittographiam a scriba repetita (postea partim sublata) servantur in* **B**, *ubi tamen plura iterata fuisse ex spatio conclusit editor* || **143** num (*ex* ñ **o**[2])] non **Bo**[1] || **143–144** me imperante (in- **t**) **Aal*γ*** : me imper]ante **B** : imperante me **sb** || **144** tua (tu **h**) iam **ah** | faciebas] *imperf. de conatu, unde* facere volebas **e** || **145** exilium **Aal*γ*** : -o **sb** || **147–148** delectare **BAV*γ*** : -ari ***aβ*x** || **148** istam] hanc **A** || **149** non[2] ***aβγ*** : te non **th** || **150** inusta (iniusta **a**) vitae tuae ***a*** : in ista vita tua ***γ*** : ista vita tua ***β*** || **151** haeret in fama *Ant. Augustinus* : heret infamiae (-ae **f** : -a **a**) ***aβγ*** : inheret infamiae **h** *cf. Mil. 68, May[2] 9, Kratz 115* : inhaeret in fama *Madvig[2] 116–17* || **153** a toto ***a*l*γ*** : ab toto **sb** : ab eo **t** | afuit *Isid. Iun.* **AV** : ab- ***aβγ*** || **154** ad audaciam ***aγ*** : audaciam **ls** : audacię **b** || **154–155** ferrum <praebuisti> (*vel* <porrexisti>) *Kübler 158* || **155** ad libidinem ***a*l*γ*** : libidinem **s** : libidinum **b** || **156** domum ***βγ*** : locum ***a*** *Clark. at cf. Sall. Catil. 15,2* pro certo creditur necato filio vacuam domum scelestis nuptiis fecisse; *Liv. 1,46,9* L. Tarquinius et Tullia ... cum domos vacuas novo matrimonio fecissent || **156–157** vacuefecisses **AV*βγ*** : vacuum fecisses ***a*** *cf. infra 16,189*

lasti? quod ego praetermitto et facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur. praetermitto ruinas fortunarum tuarum quas omnis impendere tibi proximis Idibus senties: ad illa venio quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem sed ad summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent. potestne tibi haec lux, Catilina, aut 15
huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias esse horum neminem qui nesciat te prid. Kal. Ian. Lepido et Tullo consulibus stetisse in comitio cum telo, manum consulum et principum civitatis interficiendorum causa paravisse, sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum sed fortunam populi Romani obstitisse? ac iam illa omitto – neque enim sunt aut obscura aut non multa commissa postea –: quotiens tu me designatum, quotiens vero consulem interficere conatus es! quot ego tuas petitiones ita coniectas ut vitari posse non viderentur parva quadam declinatione et,

160–161 praetermitto ... senties *Schol. Hor. epod. 2,69* | praetermitto ... impendere proximis tibi (t. pr. *var.l.*) idibus sentiet *Arus. 275* || **160** praetermitto ... tuarum *Schem. dian. l. 101* || **167** pridie Kalendas Ianuarias *Prisc. inst. GL III 44,23* || **174–176** quot ... vitari nullo modo possent parva ... effugi *Serv. Aen. 9,437*

157–158 cumulavisti *numeros heroic. vitandi gratia Wuest 72-3; Clark* || **158** sileri ***αo*** : *om.* ***βγ*** || **160** ·K· (= Kaput) *ante* praetermitto *hab.* **V** *cf. 23,270* || **161** impendere tibi proximis idibus ***βγ*** *et sic fere Arus.; Schol. Hor.* : tibi impendere proximis idibus **BV** *Haury* : proxumis idibus tibi inpendere **Aa** || **163** tuam **aβγ** *cui lect. favet spatium in* **B** : *om.* **AV** || **164** rem ·p· **Bαlγ** : rei ·p· **sb** || **165–236** catilina ... [soli]tudinique *hic illic exstat* **Γ** || **166** esse[2] **αβxu** : *om.* **to** || **167** qui nesciat (*ex* sciat **A**) **AVβγ** : quin sciat **a** : qui non sciat **h** | pridie *om.* **A** || **169** ac] aut **o** || **170** tuum **AVβxto**[2] : *om.* **auo**[1] || **171** ac iam] ac tamen *coni. Boot ad Att. 6,1,2* || **172** enim **αlγ** : *om.* **sb** || **173** quotiens vero **AVlγ** : quotiens me **sb** : quotiens **h** *Mueller* : *om.* **a** || **174** conatus es **α** : voluisti **βxt** *prob. Zielinski 202; cf. supra 11,129* : voluisti vel conatus es **uo**

ut aiunt, corpore effugi! nihil agis, nihil adsequeris neque
16 tamen conari ac velle desistis. quotiens iam tibi extorta est ista sica de manibus, quotiens vero excidit casu aliquo et elapsa est! tamen ea carere diutius non potes. quae quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit nescio, quod eam necesse putas esse in consulis corpore defigere.

7 Nunc vero quae tua est ista vita? sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar quo debeo, sed ut misericordia quae tibi nulla debetur. venisti paulo ante in senatum. quis te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis exspectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque adsedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt, quo tandem animo hoc tibi ferendum putas?

180–181 quod ... defige<re> *Arus. 148 et libere Aug. gramm. GL V 523,29*

176 nihil agis ***auo***[2] *mg.* : *om.* ***βxto***[1] | adsequeris **AV** : adsequeris nihil moliris **aβγ** *prob. Alberti 212* (moliris *primus del. Heumann*) | *post* moliris *legitur in* **to**[2]**h** quod me (mihi **t**) latere valeat (possit **h**) in tempore || **177** iam tibi **AVlsγ** : [iam tibi] / *λοιπον σοι* **Γ** : tibi iam **ahbt** || **177–178** [ista] [extorta es]t [sica] / *ταυτη απεσπασθη η μαχαιρα* **Γ** | ista sica (sicca **V**) ***a*** *huc spectare vid.* **Γ** (*v. supra*) : sica (sicca **x**) ista **βγ** || **178** quotiens vero **βγ** : [quotiens v]ero / *οσακ*[*ι*]*ς δε* **Γ** : quotiens ***a*** | casu aliquo ***al*****γ** : [casu aliquo] / *τυχη τιν*[*ι*] **Γ** : aliquo casu **sb** *Zielinski 202* || **179** tamen ... potes *ut sumptum ex 24,285 del. Heumann, ut genuinum acriter defendit Kratz 116 : habuisse* **Γ** *ex spatio collegit Axer 478 adn. ad fol. ΓA, 11–16* | diutius] diem unum *Reis coll. Verr. II 5,38* || **180** ac **aβγ** : [ac] / *και* **Γ** : aut **A** : ut **V** || **181** putas esse **AVβγ** : [esse putes] / *ιναι λογι*[*ζη ν*]*ομιζης* **Γ** : putas **ah** || **182–183** [loquor] / *λαλω* **Γ** || **183** quo debeo **Aaβγ** : quod debeo **Vx** || **185** hac (hanc **x**) ***al*****γ** : *om.* **sb** | tot ex **AVhβγ** : totque **a** *Mueller* || **186** hominum ***al*****γ** : hominis **sb** || **189** vacue facta **AVβxto**[1] : vacua facta **auo**[2] || **191** adsedisti ... atque *om.* **V** || **192** hoc tibi **βγ** *cf. Manil. 12 in ed. Oxon.* [2]*1908 ab A.C. Clark curata* : tibi **Aa** : te **V**

servi me hercule mei si me isto pacto metuerent ut te me- 17
tuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? et si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me aspectu civium quam infestis omnium oculis conspici mallem: tu cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum et iam diu tibi debitum, dubitas quorum mentis sensusque volneras eorum aspectum praesentiamque vitare? si te parentes timerent atque odissent tui neque eos ratione ulla placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. nunc te patria quae communis est parens omnium nostrum odit ac metuit et iam diu nihil te iudicat nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neque auctoritatem

193–195 servi ... quo te ... arbitraris *Iul. Sev. 21 RhL p. 368,10* | servi mei me hercule si ... hoc pacto ... omnes metuunt cives ... putarem *Schem. dian. l. 269* | servi ... putarem *Quint. inst. 8,4,10* || **193** servi ... metuerent *Sacerd. GL VI 469,3* || **195–196** et si ... suspectum atque ... viderem *Sacerd., GL VI 469,7* || **201** si te ... tui *Prisc. inst. GL III 246,10* || **203–207** (patria ... loquitur) *cf. Prisc. inst. GL III 437,32* conformatio vero, quam Graeci *προσωποποιίαν* nominant, est quando rei alicui contra naturam datur persona loquendi, ut Cicero patriae et rei publicae in invectivis dat verba

195 arbitraris *Iul. Sev.* ***αβγ*** : arbitrare **V** : arbitraris .e. *i.e. duplici exemplaris lect. coniuncta scr.* **A** || **196** suspectum *Sacerd.* **V*αβγ*** : suspectum esse **A** || **196–197** tam graviter ... aspectu *om.* **V** || **196** tam graviter ***αβγ*** : graviter **A** : *om. Sacerd.* | viderem *accedit* **C** || **197** omnium oculis ***α*** : oculis omnium ***βγ*** || **198** tu cum ***αγ*** : tecum ***β*** | agnoscas ***αγ*** : -is (adg- **l**) **l** : -it **sb** || **200** aspectus **ah** || **201** neque eos **CAal*γ*** : neque eo]s **B** : nec eos **sb** : neque illos **V** || **202** ratione ulla ***α*** *cf. 2,18,219* : ulla ratione ***βγ*** | tu, opinor *Cobeto auct. Kayser* || **203–204** parens *hic* **BΓαβγ** : *post* nostrum *transp.* **A**^{1}**t** || **204** odit ac ***βγ*** : *om.* **Γα** *Kasten* : *haec defuisse in* **B** *spatiis comprobari videtur* | diu nihil te **CAV** : diu de te nihil **ah** : diu (diu *sscr.* **o**) nihil de te ***βγ*** : de te diu nihil **t** : diu nihil te cati]lli | [na **B** : (*in* **Γ** *non nisi haec servantur,* [iam diu nihil] / [*ηδη*] *παλα*[*ι*] *ου*[*δεν*] *itaque non liquet*) || **205** parricidio ***α*l*γ*** : parricida **sb** | neque auctoritatem (auto- **C**) ***α*l*γ***: [neq · aucto]rita[t]e (*sic*) / *ουτε την δε*[*σποτιαν*] **Γ** : auctoritatem neque **sb**

18 verebere nec iudicium sequere nec vim pertimesces? quae tecum, Catilina, sic agit et quodam modo tacita loquitur: 'Nullum iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te, nullum flagitium sine te. tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen ut potui tuli. nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quicquid increpuerit, Catilinam timeri, nullum videri contra me consilium iniri posse quod a tuo scelere abhorreat non est ferendum. quam ob rem discede atque hunc mihi timorem eripe; si est verus, ne opprimar, sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.'

8 Haec si tecum ita ut dixi patria loquatur, nonne impetrare
19 debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid, quod tu te in custodiam dedisti, quod vitandae suspicionis causa ad M'.

203–204 si tibi patria quae communis omnium parens est (*libere*) *Serv. Aen. 3,341* || **206–208** quae tecum ... per te *Quint. inst. 9,2,32* || **208** nullum ... per te *Schem. dian. l. 31* || **220** (haec ... loquatur) *cf. Serv. auct. Aen. 12,95* si patriam loqui posset fieri || **222–224** quod vitandae ... Marcum Lepidum ... ausus es *Audax GL VII 354,27*

206 [n]eque vim / *ουτε την δυνα[μιν]* **Γ** | pertimesces **αlγ** : -is **sb** : pertimesceas **Γ** || **207** agit *Quint.* **CAVβxt** : agit / *πραττι* **Γ** : ait **ahuo** (**h** *hoc ordine,* sic ait catilina) | locuitur / *λαλι* **Γ** || **208** extitit *Quint.; Schem. dian.* **aβγ** : extitit / *ανεφανη* **Γ** : existit **CAV** | per ted / *δια σο[υ]* **Γ** || **211** neglegendas (negleguendas **A**) **CAVβγ** : vertendas **ah** || **211–212** ad evertendas **uo** *cf. TLL V 2, 1032,50* : ad evertendas / *π̣ρ̣ο̣σ σ̣τ̣ρ̣ε̣π̣[τεασ dispexit Gerstinger,* ad vịndas / *π̣ρ̣ο̣ς νικητ[εας]* (vindas *pro* vincendas *intellegit Axer 478, adn.*) **Γ** : ad vincendas **αt** : ad evincendas **βx** *Reis* : ad devincendas **h** || **214** me] urbem **a** | quicquid **Vaβγ** : quidquid **CAt** || **218** sin **Caβγ** : si **AV** || **220** ita **aho**² *cf. Sull. 43* : *om.* **CAVβγ** : *de* **B** *res dubia* | loquitur **V** || **221** quod *Audax* **αlγ** : *om.* **sb** | tu te *Audax* **CAVb** : tu te ipse **aβγ** *prob. Alberti 212* || **222** ad *Serv.; Cledon.; Pomp.; Explan. in Don.; Audax* **α** : apud (aput **l**) **βγ** | M'. *Manutius 445* : ·M· **aβγ**

Lepidum te habitare velle dixisti? a quo non receptus etiam ad me venire ausus es atque ut domi meae te adservarem rogasti. cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse isdem parietibus tuto esse tecum qui magno in periculo essem, quod isdem moenibus contineremur, ad Q. Metellum praetorem venisti. a quo repudiatus ad sodalem tuum, virum optimum, M. Metellum, demigrasti quem tu videlicet et ad custodiendum te diligentissimum et ad suspicandum sagacissimum et ad vindicandum fortissimum fore putasti. sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere qui se ipse iam dignum custodia iudicarit?

Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si emori aequo ani- 20
mo non potes, abire in aliquas terras et vitam istam multis suppliciis iustis debitisque ereptam fugae solitudinique mandare?

'Refer', inquis, 'ad senatum'; id enim postulas et, si hic ordo placere sibi decreverit te ire in exsilium, obtemperatu-

222–223 ad Marcum Lecam te … velle (velle *om. Pomp.*) dixisti *Serv. Aen. 1,24; Cledon. GL V 77,7; Pomp. GL V 273,20; Explan. in Don. GL IV 517,22* | ad M. Laecam te habitare *Serv. gramm. GL IV 442,15* ‖ **225–226** me[2] isdem … tecum *Mart. Cap. 5,512* ‖ **228–229** a quo … optimum Metellum demigrasti *Quint. inst. 9,2,45* ‖ **238–254** (refer … circumstant senatum) *cf. Diodor. XL 5a Ὅτι Λεύκιος Σέργιος …*

223 habitare] manere **b** ‖ **224** ut *om.* **x** ‖ **225** tulisses] tulisses sed **A** ‖ **226** qui ***βγ*** : quia ***α*** ‖ **228** praetorem venisti] **f** : pervenisti **a** ‖ **229** ·M· ***βγ*** : *om. Quint.* ***α*** | Metellum *Quint.* ***α*** : marcellum ***βγ*** *prob. R. Klotz, at cf. v.c. Sternkopf* : **B** *non liquet* ‖ **230** te *om.* **a** ‖ **230–231** et ad suspicandum … fortissimum *om.* **V** | supplicandum **x** ‖ **233** [hic qui] se *vel* [qui se]se / *ọụτ[ο]ς οστις εαυτον auctore Axer,* [qui] se / *οστις εαυτον auctore Gerstinger* **Γ** | ipse ***α*** : [ipse] / *αυτ[ο]ς* **Γ** : ipsum ***βγ*** | iudicarit ***αβγ*** : iu | di[car]it **B** : -averit **h** : [iudica]verit / *εκρινεν* **Γ** ‖ **234** dubitas ***αβγ*** : [dubi]tas **B** : [debeb]as / *ω̣φι̣[λες]*) **Γ** | si emori ***αβγ*** : [si em]ọri / *εαν α̣[ποθανειν]* **Γ** : mo[ri **B** ‖ **236–237** mandare *deficit* **Γ** ‖ **238** refert **V** | inquis **Vsb*γ*** : inquit (inquid **A**) **CAalx** : inqui]ḍ **B** | ad senatum ***αβγ*** : in se | [natu **B** ‖ **239** placere sibi **CAV** : sibi (tibi **lb**) placere ***βγ*** (*i.e. sollemnis ordo verborum*) *Bornecque* : s]ibi | [placere **B** : placere **a** *Mueller*

rum te esse dicis. non referam, id quod abhorret a meis
moribus, et tamen faciam ut intellegas quid hi de te senti-
ant. egredere ex urbe, Catilina, libera rem publicam metu,
in exsilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere. Quid est?
ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? pa-
tiuntur, tacent. quid exspectas auctoritatem loquentium,
21 quorum voluntatem tacitorum perspicis? at si hoc idem huic
adulescenti optimo, P. Sestio, si fortissimo viro, M. Marcello,
dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo senatus iure
optimo vim et manus intulisset. de te autem, Catilina, cum
quiescunt, probant, cum patiuntur, decernunt, cum tacent,
clamant, neque hi solum quorum tibi auctoritas est videlicet
cara, vita vilissima sed etiam illi equites Romani, honestissi-
mi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives qui circum-
stant senatum, quorum tu et frequentiam videre et studia
perspicere et voces paulo ante exaudire potuisti. quorum
ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo, eosdem faci-

ἀνεχώρησεν ubi res re vera in senatu actae dictaeque referri videntur, non postea editionis gratia a Cicerone retractatae || **242** egredere ... Catilina iubet consul (consul iubet *Schol.*) *Prisc. inst. GL III 288, 4; Schol. Ter. p. 55,34* || **243–244** quid est ... silentium *Don. Ter. Eun. 456,4* || **249–251** de te ... clamant *Diom. GL I 388,25* || **250–251** cum tacent clamant *Porph. Hor. epist. 1,11,28; Schol. Hor. epod. 7,15; Don. Ter. Eun. 243,5* || **255** et voces ... potuisti *Prisc. inst. GL III 330,11*

240 dices **C** || **240–251** non referam ... clamant] *v. quae ad h.l. de orationis forma primitiva in ipsa pronuntiatione habita et postea (a. 60 ut vid.; sed cf. W.C. McDermott, Philologus 116, 1972, 277–284) edendi causa retractata adnotat Primmer 36–38* || **240–241** a more maiorum *coni. Sedlmayer* || **241** et tamen ***α*** : sed (si **u**) tamen ***βγ*** : sed **o** || **242** ex urbe *Prisc.; Schol. Ter.* **aβγ** : de urbe **t** : de turba **CAV** || **243** est *Don. Ter.* ***α*** : est catilina ***βγ*** *an recte? cf. 6,63; 13,143 et 147* || **244** ecquid[1] *edd.* : et quid ***α*** : quid (quod **o**) ***βγ*** | ecquid[2] *edd.* : et quid (quod **o**) **CAaβγ** : quid **V** || **246** at **o**[2] : ac (hac **o**[1]) ***αβγ*** || **248–249** senatus *hic* ***α*** : *post* optimo ***βγ*** || **253–254** circumstant ***α*** : stant circum (circa **l**) ***βγ*** || **254** tu et **aβγ** : et tu **CAVt** : tu *delendum susp. Clark*

le adducam ut te haec quae vastare iam pridem studes relinquentem usque ad portas prosequantur.

Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat, tu ut um- **9**
quam te conligas, tu ut ullam fugam meditere, tu ut ullum 22
exsilium cogites? utinam tibi istam mentem di immortales duint! tametsi video, si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas invidiae nobis, si minus in praesens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. sed est tanti, dum modo tua ista sit privata calamitas et a rei publicae periculis seiungatur. sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus rei publicae cedas non est postulandum. neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor a turpitudine aut
metus a periculo aut ratio a furore revocarit. quam ob rem, 23

263–265 si minus … tempus at in … impendeat *Prisc. inst. GL III 295,1* || **268** ut temporibus … cedat … postulandum *Don. Ter. Ad. 238,2* || **268–270** neque … pudor umquam a turpitudine … ratio furore revocaverit *Quint. inst. 9,3,62* || **270–271** quam ob rem … dixi discede *Prisc. inst. GL III 32,9*

257 vastare *hic* **B*a*** : *post* pridem ***βγ*** || **259** loquor ***au*** : loquar ***βγ*** || **260** colligas **CAV** *v. Nohl*[2] *adn. crit. et TLL III 1614,69* : corrigas ***aβγ*** *acriter defendit Kornitzer*[4] *649–650. at* se corrigere, *id quod Nohl*[2] *demonstravit, ab usu Ciceronis alienum esse videtur (tamen cf. TLL IV 1038,81). cf. etiam Luterbacher*[4 et 5] *253 et 123 nec non Sternkopf* | meditere **CV*aγ*** : me dicere **A*β*** | ullum ***ab*** : *om.* ***βγ*** || **262** duint **C** *cf. Deiot. 21 et Schol. Clun. 269,14 St.* (*ad Catil. 2,1*) ut ipse pro Deiotaro ‘di te perduint, fugitive’; *Tac. ann. 4,38,2* : duent **a** : dent **h** : donent **AV** *hoc in* ***a*** *s.l. scr. fuisse arbitratur A.C. Clark, CR 16, 1902, 324* : donarent ***βγ*** | tametsi ***ao***[2] : etsi ***βγ*** | video si ***auo*** : iubeo si ***β*xt** || **265** tua ista ***aγ*** *cf. 25,288* : ista tua ***β*o** : mea ista *Stangl*[2] *703; cf. Luterbacher*[1] *223* : ista *Poggio; Kornitzer*[4] *650–653* || **267** ut[1]] ut ut **A** || **269** is es (isses **x**) *Quint.* ***βγ*** : sis **CAV** *v. Peterson xxxiii* : scis **a** | ut te *Quint.* ***βγ*** : si te ***a*** | pudor a ***aβγ*** *prob. W. Richter 768* : pudor umquam a *Quint.; cf. Emlein 61* : umquam *afuisse a* **B** *spatio comprobatur* || **270** revocarit **CAalbxt** : revocaverit *Quint.* **Vsuo** at *cf. Wuest 71* (= 2[2] *ap. Zielinski 72, quam claus. Cic. vitabat*) | [K] quam ob rem (K = *Kaput*) *scr.* **C** (*cf. supra 14,160*) *v. Peterson xii adn. 1 et A.C. Clark, CR 16, 1902, 326–27. praeterea cf. Lindsay 27*

ut saepe iam dixi, proficiscere ac, si mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis invidiam, recta perge in exsilium: vix feram sermones hominum, si id feceris; vix molem istius invidiae, si in exsilium iussu consulis ieris, sustinebo. sin autem servire meae laudi et gloriae mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu, confer te ad Manlium, concita perditos civis, secerne te a bonis, infer patriae bellum, exsulta impio latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed invi-
24 tatus ad tuos isse videaris. quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati, a quo sciam pactam et constitutam cum Manlio diem, a quo etiam aquilam illam argenteam quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram, cui domi tuae sacrarium constitutum fuit,

279 quamquam … invitem *Dosith. 55,6* || **280–281** qui tibi … armati *Arus. 430; Don. Ter. Eun. 975,1* | qui tibi … praestolarentur *Prisc. inst. GL II 379,1; III 274,12*

271 proficiscere] discede *Prisc.* || **272** recta **AVau** : rectā (-am *scr.* **l**) **Cβxt** : recte **o** : recta via **h** || **272–274** vix feram … exsilium *in mg. inferiore suppl.* **C**[c] || **273** si id feceris **aβγ** : *fuisse haec verba in* **B** *spatio comprobatur* : *om.* **CAV** || **274** iveris *Zielinski 202. at cf. May*[1] *132* || **276** mallium *propter 24,282 et 30,353 restituit editor in* **B** : mallium **t** | concita **αuo** : concita re (re *sscr. in* **C**) **C**[c]**sbxt** : concita** **l** (*sc.* re *cum* perditos *iungendum*) || **277** perditos civis **CAaβγ** : perditos cives tuos **V** : perditos [civis] *May*[1] *p. 10. at* c]iv[es *etiam in* **B** *servatur* || **279** isse **αo**[2] : esse **βγ** || **281** a (ad *levi errore*) quo **B** *prob. Roca-Puig*[1], *p. 53–54 ad 17,7* : cum **αβγ** : cui *Gulielmius; defendit Marastoni 313* | sciam **CAVβγ** (*idem habuisse videtur* **B**) : sciam iam **ah** *ed. V.* : *unde* iam sciam *Mueller ob v. 280* || **282** mal | [lio **B** *cf. infra 30,353* || **283** confido perniciosam **α** : perniciosam esse confido **Bβγ** *Eberhard* || **284** s | a[crarium *exhibuisse mihi videtur* **B**, *ubi* s | a[crarium scelerum *restituit Roca-Puig*[1], *cui lectioni spatium favere videtur. nihil tamen obstat quin* scelerum *omissum sumamus, ita ut papyri v. 12* a[crarium constitutum f]uit sciam *eiusdem fere longitudinis fuerit qua infra v. 18* (288–289) p[ridem tua ista cupiditas] effre *est. hoc veri similius mihi videtur cum propter alias causas tum quod in Gloss.*[L] *II*

sciam esse praemissam? tu ut illa carere diutius possis quam venerari ad caedem proficiscens solebas, a cuius altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti? ibis tandem aliquando quo te iam pridem tua ista cupiditas **10** effrenata ac furiosa rapiebat; neque enim tibi haec res adfert 25 dolorem sed quandam incredibilem voluptatem. ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. numquam tu non modo otium sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. nactus es ex perditis atque ab omni non modo fortuna verum etiam spe derelictis conflatam improborum manum. hic tu qua laetitia perfruere, quibus 26 gaudiis exsultabis, quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis! ad huius vitae studium meditati illi sunt qui feruntur labores tui, iacere humi non solum ad obsidendum stuprum verum etiam ad facinus obeundum, vigilare non solum insidiantem somno maritorum verum etiam bonis otiosorum. habes ubi ostentes tuam illam praeclaram

288 ibis tandem aliquando *Prisc. inst. GL III 82,19* || **288–289** cupiditas effrenata *Quint. inst. 8,6,41*

Philox., ubi in primis orationes 1–2 satis copiose excerptae inveniuntur, quamquam vox sacrarium *omnino ter apparet* (SA 10, 14, 22), *tamen* scelerum *omnino praetermissum videtur. quod si quis nihili esse aestimaverit, non recte faciat. nam in hoc libro auctor plerumque non tam abreptas e contextu voces ex his orationibus adtulit quam unum quodque totius enuntiati verbum in glossarium transtulit. iure igitur mireris quod, si* sacrarium *adtributo* scelerum *in eius textu instructum fuisset, id unum secure neglegeret* : sacrarium scelerum ***a*** *cf. infra 2,13,159, fort. etiam Mil. 90* templum sanctitatis : sacrarium scelerum tuorum ***βγ*** : sacrarium sceleratum *Clark coll. Liv. 39,15,13* obsceno sacrario, *quod prob. Bornecque et Haury* : sacrarium scelestum *Luterbacher*[3] *226 coll. S. Rosc. 37* || **285** carere diutius ***alγ*** : diutius carere **sbt** : diutius c]arere **B** || **287** dexteram **Calbγ** : dextram **AVst** || **288** tua ista **CAVlγ** *cf. 22,265* : ista tua **asb** || **291** amentiam natura ***as*[2]o** : amentia non natura ***βγ*** || **293** es ***at*** : *om.* ***βγ*** || **298** ad (at **x**) ***βγ*** : ·K· (*sscr.* **C**) ad ***a*** (*cf. 23,270*) || **299–301** ad obsidendum … non solum **Ba*βγ*** : *om.* **CAV** || **302** otiosorum ***a*lb[2]*γ*** : occisorum **sb**[1]

patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium quibus te
27 brevi tempore confectum esse senties. tantum profeci, cum te a consulatu reppuli, ut exsul potius temptare quam consul vexare rem publicam posses atque ut id quod esset a te scelerate susceptum latrocinium potius quam bellum nominaretur.

11 Nunc, ut a me, patres conscripti, quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac deprecer, percipite, quaeso, diligenter quae dicam et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. etenim si mecum patria quae mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis res publica <sic> loquatur: 'M. Tulli, quid agis? tune eum quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, evocatorem servorum et civium perditorum, exire patiere, ut abs te non emissus ex urbe sed immissus in urbem esse videatur? nonne hunc in

304–305 tantum ... cum (tum cum *Diom.*) te a (a om. *Dosith.*) consulatu reppuli *Diom. GL I 392,11; Char. ars p. 292,22; Dosith. 52,2* || **312–314** etenim ... patria mea quae ... sic loquatur ... agis *Quint. inst. 9,2,32. cf. etiam 12,10,61* | etenim ... patria mea quae ... carior loqueretur *Schem. dian. l. 416; Isid. orig. 2,13,1 et 2,21,45* || **313–314** (si omnis ... loquatur) *cf. Quint. inst. 5,10,99* si res publica vocem haberet || **318–319** ut abs ... urbe *Arus. 217* | non emissus ... videatur *Quint. inst. 9,3,71*

302–303 tuam illam ***a*** : illam tuam ***βγ*** : tuam *post* patientiam *transp.* **o** || **304** esse **B*a*l*γ*** : *om.* **sb** *ob claus. prob. Zielinski 202* | cum *Char.; Dosith.* **CAV*βγ*** (*hoc potius habuisse vid.* **B**) : tum cum *Diom.* **ah** *Mueller* || **306** posses ***a*l*γ*** : possis **sb** | ut id *om.* **A** | esset **CA*a*l*γ*** : est **Vsb** | a ***a*** : abs ***βγ*** || **311** diligenter **B*βγ*** : *om.* ***a*** || **312** patria ***aβγ*** : p]atr[ia *legisse* **B** *ex spatio concluditur* : patria mea *Quint.; Schem. dian.; Isid.* || **314** sic *Quint. prob. Zielinski 202; cf. supra 18,207* sic agit. *v. etiam Emlein 61* : *om.* ***aβγ*** (*huc spectare vid.* **B**) *defendit W. Richter 768* || **316** expectari (exsp- **it**) **a*βγ*** : exp[ectari **B** : spectari **CAV** | imperatorem (in- **t**) ***βγ*** (*et sic potius scr.* **B**) : imp· *scr.* **CAV** : imperium **a** | sentis ***a*l*γ*** : ṣ[entis **B** : vides **sb** || **317** et] ạc **B** || **318** perditorum ***a*uo**[1] : [perdi]ṭọṛụ[m **B** : perditorem ***β*xto**[2] || **318–319** ex u]rb[e em]issu[s **B** || **319** nonne] non *Lb.*[1]

vincla duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mac-
tari imperabis? quid tandem te impedit? mosne maiorum? 28
at persaepe etiam privati in hac re publica perniciosos civis
morte multarunt. an leges quae de civium Romanorum sup-
plicio rogatae sunt? at numquam in hac urbe qui a re publi-
ca defecerunt civium iura tenuerunt. an invidiam posterita-
tis times? praeclaram vero populo Romano refers gratiam
qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione ma-
iorum tam mature ad summum imperium per omnis hono-
rum gradus extulit, si propter invidiam aut alicuius periculi
metum salutem civium tuorum neglegis. sed si quis est invi- 29
diae metus, non est vehementius severitatis ac fortitudinis
invidia quam inertiae ac nequitiae pertimescenda. an, cum
bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt,
tum te non existimas invidiae incendio conflagraturum?'

His ego sanctissimis rei publicae vocibus et eorum homi- **12**
num qui hoc idem sentiunt mentibus pauca respondebo.
Ego, si hoc optimum factu iudicarem, patres conscripti, Ca-
tilinam morte multari, unius usuram horae gladiatori isti ad
vivendum non dedissem. etenim si summi viri et clarissimi
cives Saturnini et Gracchorum et Flacci et superiorum com-

321–323 quid tandem … perniciosum hostem … leges *Schem. dian. l. 97* || **332–334** an cum … existimas *Diom. GL I 392,16; Char. ars p. 292,29; Dosith. 52,4* || **338–339** unius … isti non dedissem *Don. Ter. Ad. 981,1*

320 vincla ***a*** : vincula **B*βγ*** || **321** imperabis (*om.* **u**) quid tandem te ***a*buo** : imperabis quid ta]mdem te **B** : *om.* **lsxt** | mosne (-me **x**) **C*aβγ*** : mo[s]ne **B** : nonne (nōne *scr.* **A**, n̄ne **V**) **AV** || **322** at **C*aβγ*** : ac **AV** | perniciosum hostem *Schem. dian.* || **323** an] aut *Schem. dian.* || **324** qui ***a*** : hi(i) qui ***βγ*** : **B** *non liquet* || **326** refers ***a*** : referes ***βγ*** || **329** invidiae *Matthiae coll. 2,3,36; cf. etiam Luterbacher*[1] *223; Kornitzer*[2] *210* || **331** vehementius ***a*uo** : vehementior ***β*xt** | ac] et **B** || **335** ego **CAa*βγ*** : ergo **Vo** || **336** hoc **CAa*βγ*** : h]oc **B** : de hoc **V** || **337** factu **Vabo** : factu∗ (m *eras. vid.*) **C** : factum **A** *Cuiacius* : facto ***βγ*** || **339–340** summi viri et clarissimi cives **B*βγ*** : summi et clarissimi viri cives (-is **CAV**) ***a***

plurium sanguine non modo se non contaminarunt sed etiam honestarunt, certe verendum mihi non erat ne quid hoc parricida civium interfecto invidiae in posteritatem redundaret. quod si ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo fui semper ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam 30 putarem. Quamquam non nulli sunt in hoc ordine qui aut ea quae imminent non videant aut ea quae vident dissimulent. qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt coniurationemque nascentem non credendo conroboraverunt. quorum auctoritatem secuti multi non solum improbi verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie factum esse dicerent. nunc intellego, si iste quo intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore qui non videat coniurationem esse factam, neminem tam improbum qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto intellego hanc rei publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. quod si se eiecerit secumque suos eduxerit et eodem ceteros undique conlectos naufragos adgregarit, exstinguetur atque delebitur non modo haec tam

352–354 nunc ... factam *Prisc. inst. GL III 246,12* || **356–357** hanc ... posse *Quint. inst. 9,3,71*

342 verendum mihi **BCVaβγ** : mihi verendum **Al** | erat **CAVβγ** : eṛạt **B** : erit **ao**[2] || **343** interfecto *om.* **s** | invidiae **Bα** : invidiae mihi **βγ** || **344** impenderet **βγ** : inpendere[t **B** : inpenderent (im- **V**) **α** || **345** fui (fuit **B**) semper **Bα** : semper fui **βγ** | paratam **Bg** || **347** imminent ... aut ea quae *om.* **B** | videant *ex* vident **C**[c] | vident **Baβo**[2] : videant **γ** || **350** auctoritatem secuti multi **βγ** *coll. Lig. 25; Phil. 3,38; 10,21; 11,20, al. prob. Alberti 213* : auctoritatem multi (*sc.* secuti *om.*) **B** : auctoritate multi **α** || **351** imperiti **BCaβγ** : imperiosi **AV** | in **BVβγ** : *om.* **CAa** | hunc] uno **B** | animadvertissem (-issent **lxut**) **Bβγ** : animo advertissem (-issent **V**) **α** || **351–352** et regie **αβγ** : et aegragiae **B** : non egregie **h** || **352** tendit **B** || **354** qui non *Prisc.* **Bβγ** : quin **α** *Bornecque* | esse factam *Prisc.* **Bβγ** : factam esse **α** || **355** qui non] quin *auctore L. Havet Bornecque* || **357** se **Baβγ** : sese **CAV** || **358** eodem **BAVβγ** : eosdem (eoṣdem *scr.* **C**) **Ca** || **358–359** adgregarit **α** : adgrega | [rit **B** : -averit (aggraeverit **t**) **βγ** || **359** tam] iam *Pluygers 134*

adulta rei publicae pestis verum etiam stirps ac semen malo-
rum omnium. etenim iam diu, patres conscripti, in his peri- **13**
culis coniurationis insidiisque versamur, sed nescio quo pac- 31
to omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas
in nostri consulatus tempus erupit. hic si ex tanto latrocinio
iste unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam
tempus cura et metu esse relevati, periculum autem reside-
bit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei
publicae. ut saepe homines aegri morbo gravi cum aestu fe-
brique iactantur, si aquam gelidam biberunt, primo relevari
videntur, deinde multo gravius vehementiusque adflictantur,
sic hic morbus qui est in re publica relevatus istius poena
vehementius reliquis vivis ingravescet. qua re secedant im- 32
probi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur,
muro denique, quod saepe iam dixi, secernantur a nobis;
desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal
praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos et
faces ad inflammandam urbem comparare. sit denique in-
scriptum in fronte unius cuiusque quid de re publica sentiat.

368–369 ut saepe ... iactantur *Mart. Cap. 5,487* || **375–376** (circumstare ... urbani) *cf. Schol. Gron. p. 287,26 St.* (*in or. obl.*) || **377–378** insit denique ... sentiat *Arus. 280*

360–361 malorum omnium ***αγ*** : malorum hominum ***β*** : malor[u]m **B** *prob. Roca-Puig*[1], *p. 54 ad 22,2* || **364** erumpit **B** | hic **BCAVβxt** *cf. div. in Caec. 58* hic tu si laesum te a Verre esse dices, patiar et concedam; *Font. 21* hic si ... existimatis : quod **ahuo** : nunc (hoc *in app.*) *coni. Clark* || **365** tollitur **B** || **365–366** quoddam (quod tam **i**) tempus **Bαlγ** : tempus quoddam **sb** : tempus **o** || **369** biberunt ***α*** : biberint (-rent **s**) **Bβγ** *at agitur de effectu rei praeteritae fieri solitae* || **370** vehementius **Bαγ** : vehementius ·p·c· ***β*** : vehementiusque **t** || **371** hic *om.* **B** || **372** reliquis vivis **Bαuo** : vivis reliquis **βxt** | ingravescet **Bαx**[2]**to** : ingravescit **βx**[1]**u** || **373** bonis] nobis **B** || **374** quod ***α*** : id quod **βγ** | iam *om.* **B** | secernantur **Bαto** : discernantur **βxu** | a nobis *del. May*[2] *11* || **375** domi suo **a** || **376** praetoris (-torii *Schol.*) urbani *Schol. Gron.* **Bβγ** : pr. urbis **A** : ·P̄·R̄·urb'· *scr.* **C** : ·P̄·R̄· **Va** : *om.* **t** || **377–378** scriptum **B** || **378** unius *om.* **B**

polliceor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem ut Catilinae profectione omnia patefacta, inlustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

33 Hisce ominibus, Catilina, cum summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio qui se tecum omni scelere parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. tu, Iuppiter, qui isdem quibus haec urbs auspiciis a Romulo es constitutus, quem Statorem huius urbis atque imperi vere nominamus, hunc et huius socios a tuis ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis et homines bonorum inimicos, hostis patriae, latrones Italiae scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

388 statorem *Schol. Clun. p. 269,2 St.* || **392–393** (scelerum ... coniunctos) *cf. Prisc. inst. GL III 290,20* nefario scelere inter se coniunctos || **393–394** aeternis ... mactabis *Iul. Ruf. 28 RhL p. 45,23*

379 hoc vobis **B*a*b** : vobis hoc *βγ* || **379–380** consulibus ... in vobis *om.* **s** || **381** bonis **B*a*l*γ*** : *om.* **sb** || **382** convent[i]onem **B** || **383** videantur **B** || **384** hisce *aγ* : his **B*β*x** | ominibus *cod. Paris. 15138 in mg.* **G**^{2} : omnibus **B*aβγ*** || **385** cum tua *a* : et cum tua **B*βγ*** || **387** tu *a* : tum tu **B*βγ*** : tu tu *Stangl*^{2} *703* || **388–389** auspiciis ... urbis *om.* **x** || **388** a Romulo *secl. Tittler; Kayser* || **389** urbis atque *om.* **B** | vere *om.* **u** *May*^{2} *8* || **390** a tuis *a* : a tuis (a uis **B**) aris (sacris **o**) **B*βγ*** | a tectis **B*aβγ*** : ac tectis **CAV** || **391** omnium **B*a*o**^{2} : *om.* *βγ*

Subscr. IN LVCIVM CATILINA(m) LIBER PRIMVS EXPLICIT **C** : IN ·L· CATILINA(m) EXPLICIT LIBER PRIMUS ...... **A** : ·M· TVLLI CICERONIS IN CATILINAM LIBER PRIMVS EXPLICIT **a** : Explicit liber primus invectivarum **f** : EXPLICIT LIBER PRIMVS **lsxu** : ·M·T·C· Liber ·i· finit· **o** : *om.* **Vbit** : *subscr. caret* **B**

M. TVLLI CICERONIS
IN L. CATILINAM ORATIO SECVNDA

Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam furentem audacia, **1**
scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis 1
atque huic urbi ferro flammaque minitantem ex urbe vel eiecimus vel emisimus vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. abiit, excessit, evasit, erupit. nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparabitur. atque hunc quidem unum huius belli domestici ducem sine controversia vicimus. non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur; non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimesce-

1–3 tandem … nobis atque … ferro flammasque minitantem *Isid. iun. l. 217* ‖ **1** tandem … Catilinam *Prisc. inst. GL III 82,20* | tandem … Quirites *Non. p. 405,33 Merc.* | tandem aliquando *Fest. p. 494,29 et 495,11* | furentem *Schol. Clun. p. 269 St.* ‖ **2** nefarie molientem *Sacerd. GL VI 442,27* ‖ **3–4** (vel eiecimus vel emisimus) *cf. Schol. Clun. p. 269,7 St.* metuens ne asperius populus Romanus sumeret eiectum esse Catilinam, posteaquam eiectum dixit, intulit leniorem. 'eicitur' invitus, 'emittitur' cupiens ‖ **5** abiit excessit (abscessit *Isid.*) evasit erupit (erupit evasit *Quint.*) *Quint. inst. 9,3,46 et 77; Hier. epist. 109,2,5; Iul. Vict. p. 94,3; Serv. Aen. 2,128; Isid. orig. 1,35,16; Isid. iun. l. 241* ‖ **7** comparabitur *Schol. Clun. p. 269,10 St.*

Inscr. INCIPIT LIBER SECVNDVS FELICITER **Clx** : INCIPIT ·II· FELICITER .... **A** : Incipit Liber ·II· **f** : Oratio s(e)c(un)da **i** : INVECTIVARV(m) INCIPIT SECVNDVS **u** : *om.* **BVasbto** : *inscr. caret* **B**

3 ferro flammaque **Bα** : ferrum flammamque **βγ** | minitantem **CAa** : mintantem **B** : minantem **Vβγ** ‖ **5** abit **BC** ‖ **7** comparabitur (con- **B**) *Schol. Clun.* **BAVβγ** : comparabitur *sed* bi *punctis sscr. del.* **C**^{c} : comparatur **ah** ‖ **10–11** pertimescemus (pertimis- **B**) **Balγ** : pertimescimus **α(f)o**^{1} : perhorrescimus (*non* -emus!) **sb**

mus. loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. palam iam cum hoste nullo impediente bellum iustum geremus. sine dubio perdidimus hominem magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus.
2 quod vero non cruentum mucronem ut voluit extulit, quod vivis nobis egressus est, quod ei ferrum e manibus extorsimus, quod incolumis civis, quod stantem urbem reliquit, quanto tandem illum maerore esse adflictum et profligatum putatis? iacet ille nunc prostratus, Quirites, et se perculsum atque abiectum esse sentit et retorquet oculos profecto saepe ad hanc urbem quam e suis faucibus ereptam esse luget. quae quidem mihi laetari videtur, quod tantam pestem evomuerit forasque proiecerit.
2 Ac si quis est talis qualis esse omnis oportebat, qui in hoc
3 ipso in quo exsultat et triumphat oratio mea me vehementer accuset, quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius quam emiserim, non est ista mea culpa, Quirites,

11 loco ... depulsus (pulsus *Don.*) *Don. Ter. Phorm. 32,3; Arus. 385; Serv. Aen. 7,333* | loco ille motus est *Serv. Aen. 8,653* | motus est *Schol. Clun. p. 269,11 St.* || **12** bellum iustum geremus *Adnot. Lucan. 2,540* || **13** perdidimus hominem *Schol. Clun. p. 269,14 St.* || **18–19** quanto ... putatis *Arus. 57* | adflictum ... putatis *Schol. Clun. p. 269,16 St.* (*cf. Schol. Gron. p. 281,5 St.* afflictus ponebatur aliquando pro 'flatu fulminis tactus'; profligatus 'subversus') || **20–21** retorquet ... luget *Serv. georg. 3,228; Adnot. Lucan. 3,4* || **22–23** quae quidem ... proiecerit *Don. Ter. Hec. 515,2* | evomuerit *Schol. Clun. p. 269,14 St.* || **27–28** non est ... Quirites culpa sed temporum *Schem. dian. l. 57*

11 est ex urbe depulsus (pulsus *Don.*) *Don. Ter.; Arus.; Serv.* **B*aγ*** : ex (ex *sscr. in* **l**) urbe est expulsus ***β*** || **12** iustum *Adnot. Lucan.* **B*a*l*γ*** : *om.* **sb** | geremus *Adnot. Lucan.* **BCVa*βγ*** : gerimus **Abx** || **17** quod stantem] et constante[m **B** || **18** et profligatum *om.* **B** || **19** prostratus quirites ***a*** : quirites *punctis sscr. del.* **C**^{c}; *an voluit* prostratusque est? : prostratusque est **B*βγ*** : prostratusque est quirites **o** || **21** esse *Serv.; Adnot. Lucan.* **B*a*l*γ*** : *om.* **sb** || **22** mihi laetari *Don. Ter.* **B*a*** : laetari mihi ***βγ*** || **24** at **A** | esse omnes ***a*l*γ*** : omnes esse **Bsb** || **27** culpa] cura **B** | Quirites *Schem. dian.* **B*a*t** : *om.* ***βγ***

sed temporum. interfectum esse L. Catilinam et gravissimo supplicio adfectum iam pridem oportebat, idque a me et mos maiorum et huius imperi severitas et rei publicae utilitas postulabat. sed quam multos fuisse putatis qui quae ego deferrem non crederent, quam multos qui etiam defenderent, quam multos qui propter stultitiam non putarent, quam multos qui propter improbitatem faverent? ac si illo sublato depelli a vobis omne periculum iudicarem, iam pridem ego L. Catilinam non modo invidiae meae verum etiam vitae periculo sustulissem. sed cum viderem, ne vobis 4
quidem omnibus etiam tum re probata si illum, ut erat meritus, morte multassem, fore ut eius socios invidia oppressus persequi non possem, rem huc deduxi ut tum palam pugnare possetis cum hostem aperte videretis. Quem quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intellegatis, quod etiam illud moleste fero quod ex urbe parum comitatus exierit. utinam ille omnis secum suas copias eduxisset! Tongilium mihi eduxit quem

45–46 quem … calumnia coeperat *Schol. Clun. p. 269,21 St.*

28 et gravissimo] gravissimoque **B** ‖ **29** adflictum **B** ‖ **30–31** rei publicae utilitas **B** *prob. Roca-Puig*[1], *p. 55 ad 25,19* : res p. ***aβγ*** ‖ **33** quam (quam multos *om.* **B**) … putarent (-rint **C**) *hic* **B*a*(f)** : *post* **32** crederent *hab.* ***βγ*** : *om.* **a** (*i.e. error proprius*) *Halm*[1]; *Madvig*[1] *(cf. May*[2] *12 et Sternkopf)* ‖ **34** quam (*om.* **uo**) … faverent **B*aβγ*** : qui inprobitatem faverent **t** : *del. Bloch; Madvig*[1]. *de his enuntiatis quae quibusdam edd. delenda videntur consulendus Zielinski 202* ‖ **36** ·L· (lucium **B**) **BCAVl*γ*** : *om.* **asb** ‖ **37** viderem *post* vobis *hab.* **s** ‖ **37–38** ne vobis quidem omnibus **B*aβγ*** : rem quidem omnibus vobis **CAV** ‖ **38** etiam tum re probata **B** *Clark; cf. Roca-Puig*[1], *p. 55 ad 26,6–7* : etiam tum reprobatam **C** : etiam tum*** (*lac. decem litt.*) **A** : etiam tum rei ·P· probatam **V** : re etiam tum (dum **ut**) probata ***βγ*** : etiam tum probata **ah** | si illum *om.* **B** ‖ **40** possim **B** | huc (*ex* hoc) rem **B** ‖ **41** possetis ***al*γ** : possitis **Bsb** | videretis ***ao*** : videritis **B*βγ*** ‖ **42** hostem quirites (*in* **V** quirites *latet in sequentis quamquam priore* quam-) **BCAV*βγ*** : quirites hostem **h** : hostem **a** | quam (quamquam *scr.* **V** *v. supra*) **B*aγ*** : qui ***β*** : quamquam **o** ‖ **43** quod **Z** : qui **B*aβγ*** | illud ***aγ*** : *om.* **B*β*x** *Eberhard* ‖ **45** suas copias **B*a*l*γ*** : copias suas **sb**

amare in praetexta [calumnia] coeperat, Publicium et Minucium quorum aes alienum contractum in popina nullum rei publicae motum adferre poterat; reliquit quos viros, quanto
3 aere alieno, quam valentis, quam nobilis! itaque ego illum
5 exercitum prae Gallicanis legionibus et hoc dilectu quem in agro Piceno et Gallico Q. Metellus habuit et prae his copiis quae a nobis cotidie comparantur magno opere contemno conlectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis decoctoribus, ex iis qui vadimonia deserere quam illum exercitum maluerunt; quibus ego non modo si aciem exercitus nostri verum etiam si edictum praetoris ostendero, concident. Hos quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem secum suos milites eduxisset; qui si

53 ex agresti luxuria *Prob. inst. GL IV 124,22* || **54** (decoctoribus) *cf. Schol. Gron. p. 281,7 St. in explicatione* decoctores || **58–59** qui fulgent purpura *Schol. Clun. p. 270,5 St.*

46 praetexta *Schol. Clun.* **B*α***(*etiam* **A**)***βγ*** : *Schol. Clun. ad* praetexta *adnotat in expl.* 'praetextatam', aliqui legunt 'calumniam', non 'praetextam' | calumnia *om.* **i** : calumnia *Schol. Clun.* **B*αβγ*** *ut notam marginalem huius criminis propulsandi causa adscriptam quae in textum penetravit del. Lb.*[1]*, Peterson xii adn. 1, A.C. Clark, CR 16, 1902, 326–327; cf. etiam Velius Longus, GL VII 53,6* qui k expellunt notam dicunt esse magis quam litteram, qua significamus kalumniam kaput kalendas : calumniatum *coni. Reis coll. 1,13; 2,8. Sall. Catil. 16,1–2* : catamitum *Withof ap. Stangl p. 269 adn.* : alumnum *Sternkopf* || **45–46** minucium (-tium **ah**) **A**[1]**ah** : munatium (-cium **ix**) **B*βγ*** *Halm*[2] : monatium **CVA**[2] *mg.* : manucium **o** || **48** motum] motum periculum **B** || **50** prae *Lb.*[1] (pro *cod. Lb.*) : ex ***αβγ*** : ma **B** (exsercitum m a *distinxit editor, ubi* m *repetita littera terminationis* -um *intellegitur*) : fretus *Sternkopf* : *lac. post* exercitum *proposita expletaque* prae nostro exercitu *codd. scripturam defendit Sydow 226* | dilectu (-o **a**) **BAVa** : delectu **C*βγ*** || **51** prae his *Mueller, Praef. lxx* : u his **B** : ex his (iis **CA**) ***α*** *Sydow* : his ***βγ*** || **54** iis **CAo** : his **BVa*βγ*** || **55** *post* maluerunt *in* **B** *inseruntur verba* hos ... etiam (= $\mathbf{B}_1$) *quae etiam infra vv. 57–58 suo ordine posita* (= $\mathbf{B}_2$) *cernuntur, ut haec bis in papyro legantur* || **55–56** nostri exercitus **B** || **56** praetoris **B*α*l*γ*** : praetoris nostri **sb** || **57–58** ad curiam $\mathbf{B}_1$***αγ*** : in curiam $\mathbf{B}_2$**l** : in curia **sbo** || **58** etiam $\mathbf{B}_2$***αβγ*** : equam $\mathbf{B}_1$ || **59** suos milites *ut ex 4,45* suas copias *ductum del. Fr. Richter*[2]*, Eberhard*

hic permanent, mementote non tam exercitum illum esse
nobis quam hos qui exercitum deseruerunt pertimescendos.
atque hoc etiam sunt timendi magis, quod quid cogitent me
scire sentiunt neque tamen permoventur. video cui sit Apu- 6
lia attributa, quis habeat Etruriam, quis agrum Picenum,
quis Gallicum, quis sibi has urbanas insidias caedis atque
incendiorum depoposcerit. omnia superioris noctis consilia
ad me perlata esse sentiunt. patefeci in senatu hesterno die.
Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid exspectant? ne illi
vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem per-
petuam sperant futuram.

Quod exspectavi iam sum adsecutus, ut vos omnes factam **4**
esse aperte coniurationem contra rem publicam videretis;
nisi vero si quis est qui Catilinae similis cum Catilina sentire
non putet. non est iam lenitati locus; severitatem res ipsa
flagitat. unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur,
ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. de-
monstrabo iter: Aurelia via profectus est; si accelerare vo-
lent, ad vesperam consequentur. O fortunatam rem publi- 7
cam, si quidem hanc sentinam urbis eiecerit! Vno me
hercule Catilina exhausto levata mihi et recreata res publica
videtur. quid enim mali aut sceleris fingi aut cogitari potest

68–69 ne illi (isti *Don. 939,1*) ... errant *Diom. GL I 394,22; Don. Ter. Andr. 17,1; 324,2; 772,1; 939,1. Ad. 540,2; Char. ars p. 295,17; Dosith. 56,7*

62 timendi magis] pertimiscendi **B** | cogitant **a** ‖ **63** video *om.* **B** | cui] qui **B** ‖ **64** habeat **alxt** : habet **Bsbuo** ‖ **65** quis[1]] et **B** | quis sibi **B*αγ*** : qui (*ex* si qui *corr.* **x**) sibi ***β*x** ‖ **66** depoposcerit **B*α*l*γ*** : deposcerit **sb** ‖ **67** ad me perlata (*ex* -as **C** : prolata **u**) *αγ* : ad me delata (di- **b** : *in* **l** sentiunt *ante* delata *insertum*) ***β*x** : perlata ad me **B** | hesterno **CA*βγ*** : m[a]esterno **B** : -a **Vab** ‖ **68** hi quid *βγ* : quit hii **B** : quid *α* | ne illi *om.* **B** ‖ **71** omnes vos **B** ‖ **72** coniurationem aperte **B** ‖ **73** si *del. Madvig*[1] | consentire **B** ‖ **74** putet **CAa*βγ*** : potuit **V** : potest **B** | lenitati (lae- **B**) **B*α*** : lenitatis *βγ* ‖ **76** suo **B** ‖ **77** aurelia via **BCAV*βγ*** : aureliam viam **ah** ‖ **79** urbis **B*α*** : huius urbis **l*γ*** : urbis huius **sb** ‖ **80** levata **B*α*** *cf. infra 15,183 et TLL VII 2, 1229,79* : relevata *βγ* *ob* recreata *prob. May*[2] *12*

quod non ille conceperit? quis tota Italia veneficus, quis gla-
diator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamen-
torum subiector, quis circumscriptor, quis ganeo, quis nepos,
quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iuventutis,
quis corruptus, quis perditus inveniri potest qui se cum Cati-
lina non familiarissime vixisse fateatur? quae caedes per ho-
sce annos sine illo facta est, quod nefarium stuprum non
8 per illum? iam vero quae tanta umquam in ullo iuventutis
inlecebra fuit quanta in illo? qui alios ipse amabat turpissi-
me, aliorum amori flagitiosissime serviebat, aliis fructum li-
bidinum, aliis mortem parentum non modo impellendo ve-
rum etiam adiuvando pollicebatur. nunc vero quam subito
non solum ex urbe verum etiam ex agris ingentem nume-
rum perditorum hominum conlegerat! nemo non modo Ro-
mae sed ne in uno quidem angulo totius Italiae oppressus
aere alieno fuit quem non ad hoc incredibile sceleris foedus
5 asciverit. atque ut eius diversa studia in dissimili ratione
9 perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio paulo ad
facinus audacior qui se non intimum Catilinae, nemo in
scaena levior et nequior qui se non eiusdem prope sodalem

84–85 quis ganeo quis adulter ... iuventutis *Non. p. 119,9 Merc.* || **84** quis ganeo quis nepos *Sacerd. GL VI 455,6; Explan. in Don. GL IV 538,14* | nepos *Schol. Gron. p. 281,12 St.*

84 quis nepos *Sacerd.; Explan. in Don.; cf. Schol. Gron.* **αβγ** : *om. Non.* **Br** || **86–87** se cum catilina non **AVβγ** : secum catilinam (·k· *scr.* **f**) non **Cai** : se non cum catillina **B** || **87** vixisse] iunxisse **B** || **89** ullo **α** : illo **B** : ullo (*ex* illo *corr.* **sio**) homine **βγ** || **90** ipse amabat **Bαγ** : amabat ipse **β** || **91–92** libidinis **B** || **93–95** nunc vero ... hominum *de h. l. in* **B** *v. Roca-Puig*[1], *p. 49–50* || **95–96** Romae *om.* **B** || **96** ne in uno quidem angulo **B** v. *Roca-Puig*[1], *p. 55–57 ad 30,2 et TLL VIII 1319,72. adde e.g. 1,25,292; 4,19,289. quod ad* unus *i.q.* aliquis, ullus *attinet, cf. K.-S II 1, 657–8 et, ut exemplum ponam, Att. 9,10,2* tamquam unus (*i.e.* aliqui) manipularis : ne ullo (illo **x**) in angulo **αβγ** : ne ullo quidem in (in *sscr.*) angulo **r** *Halm*[1]; *cf. etiam Stangl*[1] : ullo in angulo *Mommsen ap. Halm*[1] : vel ullo in angulo *coni. (sine causa) Kasten* || **97–294** -credibile sceleris ... cohortem *om.* **l**, *accedit* **i** || **99** perspicere *om.* **B** | possetis **B** || **100** catilinae **CAVβx** : catilinae esse fateatur **aγ** : *om.* **B** || **101** ac nequior **B**

fuisse commemoret. atque idem tamen stuprorum et scelerum exercitatione adsuefactus frigore et fame et siti et vigiliis perferendis fortis ab istis praedicabatur, cum industriae subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumeret. Hunc vero si secuti erunt sui comites, si ex ur- 10
be exierint desperatorum hominum flagitiosi greges, o nos beatos, o rem publicam fortunatum, o praeclaram laudem consulatus mei! non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non humanae et tolerandae audaciae. nihil cogitant nisi caedem, nisi incendia, nisi rapinas. patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligaverunt; res eos iam pridem, fides nuper deficere coepit: eadem tamen illa quae erat in abundantia libido permanet. quod si in vino et alea comissationes solum et scorta quaererent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi; hoc vero quis ferre possit, inertis homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientis vigilantibus? qui mihi accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti, debilitati stupris eructant sermonibus suis caedem bonorum

106–107 hunc … greges *Schem. dian. l. 38* || **107–109** o nos … consulatus mei *Mart. Cap. 5,431* || **107–108** o nos felices *Diom. GL I 330,1* || **118–119** qui mihi … conviviis *Serv. georg. 1,45; Aen. 1,258; 3,477; 5,391* (in conviviis *om. 5,391*) || **121** eructant … bonorum *Serv. Aen. 3,576 et Serv. auct. Aen. 3,632* | eructant sermonibus caedem *Schol. Hor. ars 457*

102–109 fuisse … mei *om.* **B** || **102** commemoraret **V** || **103** et^{2} ***a*ti** : ac **s*b*γ** || **106** consumeret (*ex* -rent *corr. in* **o**) ***a*o** : consumerentur ***βγ*** || **108** beatos] felices *Diom.* || **110** et **B*a*** : ac ***βγ*** || **111** caedem **B*a*** : caedes (*ex* concedes **x**^{2}) ***βγ*** *at cf. 6,65; 10,121; Sall. Catil. 32,2* || **112** fortunas suas obligaverunt *om.* **B** | eos (*in* **o** etiam eos (*ex* eas) *pro* eos iam) **B*a*x**^{1}**to** : eorum **sb** : eis **ix**^{2}**u** | pridem **B*a*(f)*βγ*** : pridem deseruit ***a*o**^{2} *mg.* : pridem defecit **x**^{2} || **114** permanet ***aγ*** : manet **B*β*x** *ut usitatius prob. Halm*^{2} | si in *ex* sin **C**^{c} | in alea **V** || **115** et scorta *om.* **B** | illi quidem ***aγ*** : quidem (*ex* equidem **x**) illi **B*β*x** || **118** ebriosos (-us **Bo**^{1} : -is **x**^{1}) **B*βγ*** : ebrios ***a*** *at sobriis esse solitis opponuntur semper bibentes potius quam non nisi ad tempus. de notione cf. TLL V 2, 11,77* || **118–119** mihi *Serv.* **B*aγ*** : *om.* ***β*** || **121** stupris debilitati **B**

11 atque urbis incendia. quibus ego confido impendere fatum aliquod et poenam iam diu improbitati, nequitiae, sceleri, libidini debitam aut instare iam plane aut certe appropinquare. quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit, non breve nescio quod tempus sed multa saecula propagarit rei publicae. nulla est enim natio quam pertimescamus, nullus rex qui bellum populo Romano facere possit; omnia sunt externa unius virtute terra marique pacata: domesticum bellum manet, intus insidiae sunt, intus inclusum periculum est, intus est hostis; cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. huic ego me bello ducem profiteor, Quirites; suscipio inimicitias hominum perditorum. quae sanari poterunt quacumque ratione sanabo; quae resecanda erunt non patiar ad perniciem civitatis manere. proinde aut exeant aut quiescant aut, si et in urbe et in eadem mente permanent, ea quae merentur exspectent.

6 At etiam sunt qui dicant, Quirites, a me eiectum in exsili-
12 um esse Catilinam. quod ego si verbo adsequi possem, istos

130–131 intus inclusum est periculum intus est hostis *et non nisi* hic hostis intus inclusus est in *aperta Ciceronis imitatione Hier. epist. 14,6,3 et 22,8,2* || **135–136** quae resecanda ... manere *Schol. Gron. p. 281,14 St.* (*explicatur* vulnus ... semper manat sine curatione) || **138** at ... dicant *Schol. Gron. p. 281,17 St.* || **139** si ... possem *Schol. Gron. p.281,19 St.*

122 incendia urbis **A** || **122–123** aliquod fatum **B** || **124** et libidinis **B** | debitam **Baiγ** : deditam **sbo** || **126** nescio **Baβxo** : scio **ut** || **127** est enim **BVβγ** *cf. TLL V 2, 574,78; Watt 120–121* : enim est **CAa** : enim **f** || **128** facere] inferre **o** || **129** unius **Baiγ** : unius populi ·R· **sb** || **130** intus insidiae sunt **Baβγ** *cf. 6,65–66* urbanas insidias caedis atque incendiorum; *3,3,26* in tantis et tam absconditis insidiis. *cf. etiam Mur. 78* intus, intus ... est equus Troianus; *ib. 79 qui Catilinae exercitum deseruisse videntur* ab illo in speculis atque insidiis relicti in capite atque in cervicibus nostris restiterunt : *om.* **CAV** *cf. Hier. prob. Adkin*[1] *418–419 et Id.*[2] || **131** hostis *post* luxaria (*sic*) *transp.* **B** || **133** suspicio **B** || **134–185** ratione ... timeo *deficit* **C** || **135** patior **B** || **135–136** manare *ed. R. et post Manutium Eberhard ob explicationem Schol. Gron.* vulnus ... manat || **136** si (siin **t**) et in urbe et **Basiγ** : et si in urbe et **b** : si in urbe **AVo** || **137** expectant **V** || **138** quirites **Bβγ** : *om.* **a** | in exsilium *hic* **Ba** : *ante* eiectum **βγ** : *om. Clark* || **139** esse **Baiγ** : *om.* **sb**

ipsos eicerem qui haec locuntur. homo enim videlicet timidus aut etiam permodestus vocem consulis ferre non potuit; simul atque ire in exsilium iussus est, paruit. Quid ut hesterno die, Quirites, cum domi meae paene interfectus essem, senatum in aedem Iovis Statoris convocavi, rem omnem ad patres conscriptos detuli: quo cum Catilina venisset, quis eum senator appellavit, quis salutavit, quis denique ita aspexit ut perditum civem ac non potius ut importunissimum hostem? quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum ad quam ille accesserat nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille consul qui verbo civis in 13
exsilium eicio, quaesivi a Catilina, in nocturno conventu apud M. Laecam fuisset necne. cum ille homo audacissimus conscientia convictus primo reticuisset, patefeci cetera: quid ea nocte egisset, ubi fuisset, quid in proximam constituisset, quem ad modum esset ei ratio totius belli descripta edocui.

142–143 qui hesterno die *Schol. Gron. p. 281,21 St.* || **150–151** hic ego … Catilina *Prisc. inst. GL III 207,9* || **151–152** quaesivi … Catilina nocturno … necne *Prisc. inst. GL III 249,17 et 275,11* || **151** quaesivi a Catilina *Schol. Gron. p. 281,23 St.* || **151–152** an nocturno … Laecam *Schol. Gron. p. 281,24 St.* || **152–155** cum ille … egisset quid proxima … descripta *Prisc. inst. GL III 249,24* || **152–153** cum ille … primo (primo *om. Char.; Dosith.*) … patefeci *Diom. GL I 392,22; Char. ars p. 293,5; Dosith. 52,5*

141 suffere **B** || **142** quid ut **ah** *prob. Busche 435* : qui (quod **o**[1]) ut **Bβγ** *fort. recte* : qui *Schol. Gron.* **AVo**[2] : ivit *Graevius. at cf. Zielinski 202* : quin *R. Klotz* || **143** quirites **Bah** : *om.* **AVβγ** || **144** convocavi ***ao*** : vocavi (vosabi **B**) **Bβγ** || **147** ac] et **B** || **148** illam] istam **B** || **150** ille consul (-li **a**) ***aβγ*** : consul ille **o** : consul **B** || **151** in **Bβγ** : an *Schol. Gron.* ***a*** : an in **o** : *om. Prisc.* || **152** Laecam] **f** : *om.* **a** || **154** ubi fuisset **Bαbγ** *ex 1,1,9* ubi fueris *huc irrepsisse plerique edd. adfirmant* : *om. Prisc.* **six** | in proximam (-umam **A**) ***aut*** : in proximam noctem **o** : in proxima **βx** : proxima *Prisc.* **B** || **155** ei *Prisc.* **Bαb**[2]**iγ** : rei **sb**[1] | edocui (-it **u**) ***a*bγ** : docui **six** *Bornecque* : lo | qui **B** *prob. Roca-Puig*[1] *(p. 57 ad 33,5–6), ita ut post* descripta *plenae interp. signo posito* loqui cum haesitaret … *legi iubeat. vix recte, nam* haesito *cum inf. non nisi ab inferioris aetatis auctoribus usurpatur (v. TLL VI 3, 2512,45 et H.-S. 347) et, quod maius pondus habet,* loqui *dilucide ex* docui *perperam dispecto originem trahit*

cum haesitaret, cum teneretur, quaesivi quid dubitaret profi-
cisci eo quo iam pridem pararet, cum arma, cum securis,
cum fascis, cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam il-
lam argenteam cui ille etiam sacrarium domi suae fecerat
14 scirem esse praemissam. in exsilium eiciebam quem iam in-
gressum esse in bellum videbam? etenim, credo, Manlius
iste centurio qui in agro Faesulano castra posuit bellum po-
pulo Romano suo nomine indixit, et illa castra nunc non
Catilinam ducem exspectant, et ille eiectus in exsilium se
Massiliam, ut aiunt, non in haec castra confert.

7 O condicionem miseram non modo administrandae ve-
rum etiam conservandae rei publicae! nunc si L. Catilina
consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus
subito pertimuerit, sententiam mutaverit, deseruerit suos,
consilium belli faciendi abiecerit, et ex hoc cursu sceleris ac
belli iter ad fugam atque in exsilium converterit, non ille a
me spoliatus armis audaciae, non obstupefactus ac perterri-
tus mea diligentia, non de spe conatuque depulsus sed in-
demnatus innocens in exsilium eiectus a consule vi et minis

156–157 (quaesivi ... eo) *cf. Diom. GL I 393,18; Char. ars p. 294,5; Dosith. 55,1* interrogavi num dubitaret eo proficisci || **160–161** in exilium ... ingressum iam in ... videbam *Diom. GL I 470,6*

156–157 proficisci ... pararet *om.* **B** || **158–159** illam *om.* **B** || **159** etiam ille **B** | sacrarium **Bix** *v. supra 1,24,284* : sacrarium scelerum ***aγ*** : scelerum sacrarium **sb** || **160** scirem (-re **V**) esse premissam (pro- **sb**) ***aβγ*** : praemissam esse sciebam **B** || **161** videbam Di*om.* **B*aβγ*** : videram **AV** *Clark, quod ob clausulam prob. Kumaniecki 70* | manlius *post Lb.*[1] *del. Eberhard* || **163** non **BAa*β*xt** : *om.* **Vuo** || **165** massiliam ***aβ*x** : in massiliam **B*γ*** *sic nomina Graeca a Plauto tractantur, v.c. Poen. 87* in Anactorium devehit; *ib. 94* in Calidonem; *Bacch. 591* in Elatiam; *ib. 170* in Ephesum, *al. v. K.-S. II 1, 477* | confert **BAVb** : conferet (-ferret **u**) **asi*γ*** || **169** sententiamque mutaberit **B** | suos deseruerit **h** *May*[2] *13* || **170** adiecerit **B** | et ex ***a*uto**[2] : ex **B*β*x** : et **o**[1] | ac **B*a*** : et ***βγ*** || **171** in exilium **BV*βγ*** : exilium **Aa** *prob. May*[2] *14* | converterit *accedit* **Π** || **172–173** ac perterritus mea diligentia *om.* **B** (*habet* **Π**)

esse dicetur; et erunt qui illum, si hoc fecerit, non improbum sed miserum, me non diligentissimum consulem sed crudelissimum tyrannum existimari velint! Est mihi tanti, 15
Quirites, huius invidiae falsae atque iniquae tempestatem subire, dum modo a vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. dicatur sane eiectus esse a me, dum modo eat in exsilium. sed mihi credite, non est iturus. numquam ego ab dis immortalibus optabo, Quirites, invidiae meae levandae causa ut L. Catilinam ducere exercitum hostium atque in armis volitare audiatis, sed triduo tamen audietis; multoque magis illud timeo ne mihi sit invidiosum aliquando quod illum emiserim potius quam quod eiecerim. sed cum sint homines qui illum, cum profectus sit, eiectum esse dicant, idem, si interfectus esset, quid dicerent? Quam- 16
quam isti qui Catilinam Massiliam ire dictitant non tam hoc queruntur quam verentur. nemo est istorum tam misericors qui illum non ad Manlium quam ad Massiliensis ire malit. ille autem, si me hercule hoc quod agit numquam antea cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet quam exsu-

175–177 et erunt … velint *Ps. Ascon. Verr. II 1,41, p. 235,1 St.; Prisc. inst. GL III 246,15* ‖ **177–178** est … Quirites *Schol. Gron. p. 281,25 St.* ‖ **182–183** invidiae meae levandae *Schol. Gron. p. 282,1 St.* ‖ **184–185** sed … audietis *Prisc. inst. GL III 318,2* ‖ **188–189** quamquam … Massiliam *Schol. Gron. p. 282,3 St.* ‖ **189–190** non tam … verentur *Schol. Gron. p. 282,6 St.*

175 esse **BΠab**^{2}**iγ** : *om.* **sb**^{1} ‖ **176** miserum *Ps. Ascon.; Prisc.* **Baγ** : timidum **βx** ‖ **177** crudelissimum *om.* **V** | mihi **Baiγ** : enim **s** : *om.* **b** ‖ **178** iniquam **A** ‖ **179** dum modo **Παβγ** *v. Methner 248* : modo **B** ‖ **180** esse a me (eiectus *ante* dicatur *transp.* **s**) **Baβ**(**b**^{2})**γ** : [a me] esse / *απ εμου ειναι* **Π** : a me esse **b**^{1} ‖ **180–181** dum modo **aβγ** *v. Methner 247* : [modo] / [*μονο*]*ν* **Π** *dispexit Roca-Puig*^{1} (*v. p. 88 ad 34,18, cui equidem imagine papyri* **Π** *inspecta assentior*) : modo **B** ‖ **182** ab **a** : a **Bβγ** : [?] / *απο* **Π** ‖ **183** levandae *Schol. Gron.* **Bsixt** *cf. 7,80; Verr. II 1,5* ad invidiam iudiciorum levandam; *TLL VII 2, 1228,60* : relevandae **abuo** | exercitum ducere **B** ‖ **185** ne mihi sit *accedit* **C** ‖ **186** potius **Baβγ** : *om.* **CAV** ‖ **187** sed cum … eiectum *om.* **t** ‖ **190** querentur **B** ‖ **192** antea] ea **V** ‖ **193** quam] quamquam **B**

lem vivere. nunc vero, cum ei nihil adhuc praeter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit nisi quod vivis nobis Roma profectus est, optemus potius ut eat in exsilium quam queramur.

8
17 Sed cur tam diu de uno hoste loquimur et de eo hoste qui iam fatetur se esse hostem et quem, quia, quod semper volui, murus interest, non timeo: de his qui dissimulant, qui Romae remanent, qui nobiscum sunt nihil dicimus? quos quidem ego, si ullo modo fieri possit, non tam ulcisci studeo quam sanare sibi ipsos, placare rei publicae, neque id qua re fieri non possit, si me audire volent, intellego. exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum istae copiae comparentur; deinde singulis medicinam consili atque orationis meae, si quam potero, adferam.

18 Unum genus est eorum qui magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent quarum amore adducti dissolvi nullo modo possunt. horum hominum species est honestissima – sunt enim locupletes – voluntas vero et causa impudentissima. tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis, et dubites de possessione detrahere, adquirere ad fidem? quid enim exspectas?

198 sed cur … loquimur *Schol. Gron. p. 282,9 St.* || **201–203** quos quidem … posset … sanare *Schol. Gron. p. 282,14 et 15 et 17 St.* || **206–207** deinde … adferam *Schol. Gron. p. 282,19 St.* || **208** unum genus eorum est *Schol. Gron. p. 282,16 St.* || **209** quarum amore adducti *Schol. Gron. p. 282,25 St.* || **213–214** et dubitas … detrahere *Arus. 142*

196 optemus **Baiγ** : optamus **sb** | quam] qui **V** || **199** fateatur **B** | esse *om.* **B** | quem *γ cf. fam. 12,2,2* qui quia quae; *Ac. 1,6* quam quibusnam quisquam : *om.* **Baβx** | semper] saepe **B** || **200** interest] est **B** || **200–201** qui Romae *om.* **B** || **201** quos] quod **B** || **202** ullo] volo **B** | possit **Ba** : posset *Schol. Gron.* **βγ** || **203** quam] qui **V** | sanari **B** | placare **sbγ** : placere **Baix** | rem publicam **B** || **204** si **BVβγ** : si a **CAa** : si iam *Clark* | volent **Ba** : volunt **βγ** | intellegent **B** || **206** conparantur **B** || **207** meae *om.* **B** || **208** in *om.* **B** || **209** habent **Basbx**^{2}**to**^{2} : habeant **ix**^{1}**uo**^{1} || **211–212** inprudentissima **t** *coni. Muther; Greef* || **212** tu familia] et familia **B** || **214** adquirere *om.* **B** | finem **B**

bellum? quid ergo? in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? an tabulas novas? errant qui istas a Catilina exspectant. meo beneficio tabulae novae proferentur, verum auctionariae. neque enim isti qui possessiones habent alia ratione ulla salvi esse possunt. quod si maturius facere voluissent neque, id quod stultissimum est, certare cum usuris fructibus praediorum, et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur. sed hosce homines minime puto pertimescendos, quod aut deduci de sententia possunt aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra rem publicam quam arma laturi. Alterum genus est **9**
eorum qui, quamquam premuntur aere alieno, dominati- 19
onem tamen exspectant, rerum potiri volunt, honores quos quieta re publica desperant perturbata se consequi posse arbitrantur. quibus hoc praecipiendum videtur, unum scilicet et idem quod reliquis omnibus, ut desperent se id quod conantur consequi posse: primum omnium me ipsum vigilare, adesse, providere rei publicae; deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam maxima in multitudine,

227 rerum potiri volunt *Diom. GL I 319,25; Arus. 420; Prisc. inst. GL II 503,2. III 281,16; 297,15; 333,27; Schol. Ter. p. 67,12*

215 ergo **B*aiγ*** : *om.* **sb** | vastatione **BV*βγ*** : -em **CAa** || **216** putas **B*βγ*** : putes (a *supra* e *scr.* **C**[c]) ***a*** | an (in **o**[1]) **B*βγ*** : *om.* ***a*** | tabulas expectant **B** *cf. supra 214 et infra 217* | errant vehementer **B** *cf. 6,69; 4,6,81; leg. agr. 1,23* errastis ... vehementer. *v. Roca-Puig*[1]*, p. 58 ad 36,22* || **218** proferentur **Bsi*γ*** : proferuntur ***a*b** || **219–220** quod si maturius *om.* **B** || **221** usuris **B*aβ*x** : usuris et *γ* | praediorum **BCAV*βγ*** : praesidiorum **a** *cf. ad 20,249* praediis || **223** pertimescendio | s puto **B** || **227** potiri **CAa*βγ*** : perfrui **B** : potui **V** || **228** rei publicae **B** | se consequi ***a*** : consequi se ***βγ*** : consequi **B** || **229–231** arbitrantur ... consequi posse] **f** : *om.* **a** || **230–231** se (si **t**) *hic* ***βγ*** : se *ante* consequi ***a*(f)** : *om.* **Bo** : ([se] id ... [consequi posse] *Eberhard*) || **233** concordiam <ordinum> *Clark* : concordiam <omnium civium, adesse omnium ordinum> *Fr. Richter*[1] *17* | maxima in multitudine *ego* : maximam multitudinem (-ē] *scr.* **CAV**) **BCAV*βγ*** *prob. Nohl*[2] : maxima multitudine **a** : maximam <adesse> multitudinem *Nohl*[1] : maxumam <esse eorum> multitudinem *Reis* : <in> maxima multitudine *Halm*[1] *prob. Busche 436; W. Richter 768* : *secl. Halm*[2]

magnas praeterea militum copias; deos denique immortalis huic invicto populo, clarissimo imperio, pulcherrimae urbi contra tantam vim sceleris praesentis auxilium esse laturos. quod si iam sint id quod cum summo furore cupiunt adepti, num illi in cinere urbis et in sanguine civium, quae mente conscelerata ac nefaria concupiverunt, consules se aut dictatores aut etiam reges sperant futuros? non vident id se cupere, quod si adepti sint, fugitivo alicui aut gladiatori conce-
20 di sit necesse? Tertium genus est aetate iam adfectum, sed tamen exercitatione robustum. quo ex genere iste est Manlius cui nunc Catilina succedit. hi sunt homines ex iis coloniis quas Sulla constituit. quas ego universas civium esse optimorum et fortissimorum virorum sentio, sed tamen hi sunt coloni qui se <in> insperatis ac repentinis pecuniis sumptuosius insolentiusque iactarunt. hi dum aedificant tamquam beati, dum raedis, lecticis, familiis magnis, conviviis appara-

234 militum copias **B*a*** : copias militum ***βγ*** || **235** clarissimoque **B** || **236** esse ***aiγ*** : est **B** : *om.* **sb** || **237** cum summo **B*γ*** : *** (cum *eras.* **C**[c]) summo **C** : summo **AVa*β*** || **238** num] non **B** | in[2] *om.* **B** || **239** conscelerata ***aiγ*** : scelerata **Bsbo** | concupiverunt (-puerunt **V**) ***a*sit[2]o** : concupierunt **bxt**[1] : concuperunt (concup<iv>erunt *restituit ed.*) **B** : cupiverunt **u** | consules se (esse **B**) **B*a*** : se consules ***βγ*** || **240** videant **B** | se id **B** || **241** adepti sint (sent **t**) **CAa*βγ*** : adepti sunt **BV** || **241–242** concedi (-ere ***β***) sit **B*βγ*** *sic potior clausula efficitur* (V3*βε contra* V3*δε v. Zielinski 93–95*) : sit concedi ***a*** || **243** iste est ***a*** : est ipse ***βγ*** : iste ipse est **B** *cf. K.-S II 1, 628; Roca-Puig*[1]*, p. 58 ad 38,18* || **244** hi (his **u**) ***aγ*** : *om.* **B*β*x** | ex iis **D** : ex his ***aβγ*** : de istis **B** || **245** quas[1] **B*a*** : quas faesulas (fesulis **i**) ***βγ*** (*cf. 3,14,175*) || **246** et … virorum *om.* **B** || **246–247** hi sunt coloni] insunt [coloni] *Eberhard (cf. Busche 437)* || **246** hi] isti **B** || **247** <in> insperatis *Ernesti* : insperatis ***a*siγ** : disperatis (de- **b**) **Bb** | ac] et **B** || **249** beati dum **B*a*o**[2] : beatitudinum ***β*** : beatitudinem (-e **tu**) *γ* | raedis **B** *prob. Roca-Puig*[1 et 2]*, pp. 58–60 ad 39,3 et 377–379 coll. Att. 6,1,25,7–8* hic Vedius mihi obviam venit cum duobus essedis et raeda equis iuncta et lectica et familia magna. *cf. ib. 5,17,1,3; Phil. 2,58. vide etiam ne huc pertineat Gloss.*[L] *II Philox.* RE 64 redis, *quod editor ad Hor. sat. 1,5,86 refert* : praediis **CVfsbi[2]xt** : praesidiis **Aai[1]uo** : prandiis *Kraffert 117* | lecticis (-iis **B**) **B*βγ*** *Gloss.*[L] *II Philox.* LE 3; *prob. Roca-Puig*[1] *ib. (etiam Kraffert 117)* : lectis ***a***

tis delectantur, in tantum aes alienum inciderunt ut, si salvi esse velint, Sulla sit iis ab inferis excitandus. qui etiam non nullos agrestis homines tenuis atque egentis in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. quos ego utrosque in eodem genere praedatorum direptorumque pono, sed eos hoc moneo, desinant furere ac proscriptiones et dictaturas cogitare. tantus enim illorum temporum dolor inustus est huic civitati ut iam ista non modo homines sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur. Quartum ge- **10**
nus est sane varium et mixtum et turbulentum. qui iam pri- 21
dem premuntur, qui numquam emergunt, qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumptibus in vetere aere alieno vacillant, qui vadimoniis, iudiciis, proscriptione bonorum defetigati permulti et ex urbe et ex agris se in illa castra conferre dicuntur. hosce ego non tam milites acris quam infitiatores lentos esse arbitror. qui homines <quam> primum, si stare non possunt, conruant, sed ita ut non modo civitas sed ne vicini quidem proximi sentiant. nam illud non intellego quam ob rem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint aut cur minore dolore perituros se

259–260 qui semper premuntur *et* numquam emergunt *Don. Ter. Ad. 302,2* || **264–265** hosce … arbitror *Prisc. inst. GL II 593,4* || **265** infitiatores lenti *in explicatione Schol. Gron. p. 282,26 St.* || **266–267** si stare … sentiant *Schol. Bob. p. 98,28 St.* || **269–270** aut cur … quam soli … arbitrabantur *Adnot. Lucan. 7,654*

250 si *om.* **Ba** || **251** iis **CAV*βγ*** : illis **B** : *om.* **at** || **253–254** utrosque **B*a*** : quirites ***βγ*** *R. Klotz* : quirites utrosque **o**^{2} : utrosque Quirites **RZ** *ed. R.* || **254** direptorumque **B*βγ*** : de- ***a*** || **255** ac **B*a*** : et ***βγ*** || **256** excogitare **B** || **256–257** inustus est (iniustus **bi**) ***a*bi*γ*** : est inustus (iniustus **s**) **Bs** : iustus est **t** || **257** huic **B** *prob. Marastoni 312* : *om.* ***aβγ*** | iam] etiam **B** || **259** sane *om.* **V** | viarum **B** || **260** deprimuntur *Busche 437* | emerunt **B** || **261** male … partim *om.* **B** || **262–263** proscriptione **B*a*** : proscriptionibus ***βγ*** || **263** defetigati **A**^{1}**six**^{1}**ut** *cf. TLL V 1, 286,10* : defaetigati **a** : defatigati **BCA**^{2}**Vfbx**^{2}**o** | et^{1} **B*a*i*γ*** : *om.* **sbo** | se *om.* **B** || **264** hos **B** | non tam] iam non **B** || **265** quam *add. Halm*^{1} (*om. etiam* **B**) || **267** sentiat **B**

22 cum multis, quam si soli pereant, arbitrentur. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinerosorum. quos ego a Catilina non revoco. nam neque ab eo divelli possunt et pereant sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi ut eos carcer capere non possit. Postremum autem genus est non solum numero verum etiam genere ipso atque vita quod proprium Catilinae est, de eius dilectu, immo vero de complexu eius ac sinu. quos pexo capillo nitidos aut imberbis aut bene barbatos videtis, manicatis et talaribus tunicis, velis amictos, non togis. quorum omnis industria vi-
23 tae et vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur. in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur. hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare et amari neque saltare et cantare sed etiam sicas vibrare et spargere venena didicerunt. qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiam si Catilina perierit, scitote hoc in re publica seminarium Catilinarum futurum. verum tamen quid sibi isti

278–279 manicatis et (ac *Non.*) … tunicis *Non. p. 536,18 Merc.; Serv. Aen. 9,613* || **279** velis amictos, non togis *Porph. Hor. epist. 1,18,30; Schol. Hor. epod. 4,8; Non. p. 406,14 Merc.* || **280** <ante> lucana cena *in explic. Schol. Gron. p. 282,28 St.* || **280–282** in his bonis gregibus … aleatores omnes impuri … versantur *Don. Ter. Ad. 362,2* || **284** et spargere … didicerunt *Serv. Aen. 2,98; 4,486; 7,753*

270 pereant (periant **B**) *Adnot. Lucan.* **BCAV*βγ*** : pereunt **ah** | arbitrentur **B*a*to** : arbitrantur ***β*xu** : -bantur *Adnot. Lucan.* || **271–272** facineros<or>um **B** : facinorosorum (-norosum **h**) ***aβγ*** || **272** nam *om.* **B** || **272–273** ab eo divelli ***a*** : divelli ab eo **B*βγ*** || **273–274** ita sunt **B** || **276** eius dilectu **BCa*β*i**[1] : eius delectu **As**[2]**i**[2]***γ*** : eidem lecto **V** || **278** bene] belle *Polle*[1] || **278–279** talaribus tunicis *Non.; Serv.* **B*aβ*** : tritis tunicis ***γ*** : tritis tunicis et talaribus **o** || **279–280** vitae **B*βγ*** : vita ***a*** || **280** vigilanti labore **B** | expromitur **B*aβ*t** : exprimitur ***γ*** || **281** omnes[1] **B*aβγ*** : *om.* **ah** || **282** non **B*aβ*** : qui non ***γ*** || **283** et[1]] sed etiam **B** : vel **s** | saltare et cantare **B*a*si** : cantare et saltare (sallere **t**) **b*γ*** *Halm*[2] : cantare et psallere **R** *ed. R.; cf. Sall. Catil. 25,2* psallere et saltare || **284–285** exeant … pereant **B** || **286** catilinarum (-anū] **t**) ***aβ*xu**[1]**t** *cf. Att. 4,3,3* omnes Catilinas : catilinarium (-ll- **B**) **Biu**[2]**o** | isti] illi **B**

miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? quem ad modum autem illis carere poterunt, his praesertim iam noctibus? quo autem pacto illi Appenninum atque illas pruinas ac nivis perferent? nisi idcirco se facilius hiemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt.

O bellum magno opere pertimescendum, cum hanc sit ha- **11**
biturus Catilina scortorum cohortem praetoriam! instruite 24
nunc, Quirites, contra has tam praeclaras Catilinae copias vestra praesidia vestrosque exercitus. et primum gladiatori illi confecto et saucio consules imperatoresque vestros opponite; deinde contra illam naufragorum eiectam ac debilitatam manum florem totius Italiae ac robur educite. iam vero urbes coloniarum ac municipiorum respondebunt Catilinae tumulis silvestribus. neque ego ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo. Sed si omissis his rebus quibus nos 25
suppeditamur, eget ille, senatu, equitibus Romanis, populo

287 miseri volunt *Schol. Gron. p. 282,29–30 St.* || **288–289** his ... noctibus *Sacerd. GL VI 446,3* || **294** cohors praetoria *in explic. Schol. Gron. p. 282,32 St.* | instruite *Schol. Gron. p. 283,3 St.* || **296–297** gladiatori ... saucio *Don. Ter. Eun. 926,1* || **300** respondebunt *Schol. Gron. p. 283,4 St.* || **303–304** sed si ... eget ille *Arus. 512* | omissis ... suppeditamur *Schol. Gron. p. 283,6 St.* || **304** (eget ... populo) *cf. Schol. Verg. Bern. georg. 2,28* egent. Cicero: eget ille senatu et populo | eget ille senatu *Serv. Aen. 1,599*

287 mulieres **B** || **287–288** sunt in castra ducturi] in castris ducere **B** || **288** autem *om.* **B** | poterunt (oteru^{nt} *scr.* **B**) **BCAasiγ** : potuerunt **Vb** || **288–290** his ... facilius *male pessum data exhibet* **B** || **290** perferent] perferre poterint **B** || **293–294** habiturus *om.* **B** || **294** scortorum] istorum **B** | praetoriam *accedit* **l**, *non laudatur* **i** || **297** sauciato **B** || **300** urbes] arces *Garatoni* : vires *Muretus 601* | respondebunt catilinae **Baly** : catilinae respondebunt **sb** || **301** tumulis] cumulis **B** *ut voluit Muretus 601* || **303** debeo] debet **B** : debebo **J** *coni. Ammon 1018* | rebus *Arus.; Schol. Gron.* **Baβ** : rebus omnibus *γ* || **304–305** equitibus romanis populo romano **B** *quod firmari videtur locis Sest. 122* cum ... senatum, equites Romanos, universum populum Romanum accusaret; *cf. praete-*

Romano, urbe, aerario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus, si his rebus omissis causas ipsas quae inter se confligunt contendere velimus, ex eo ipso quam valde illi iaceant intellegere possumus. ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido; hinc denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus; postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. in eius modi certamine ac proelio nonne, etiam si hominum studia deficiant, di ipsi immortales cogant ab his praeclarissimis virtutibus tot et tanta vitia superari?

12 Quae cum ita sint, Quirites, vos, quem ad modum iam
26 antea dixi, vestra tecta custodiis vigiliisque defendite; mihi

308–317 ex hac parte ... confligit *Schem. dian. l. 297; Isid. orig. 2,21,5; Isid. iun. l. 250* ‖ **308–309** ex hac ... pugnat *Schol. Gron. p. 283,8 St.* ‖ **309** petulantia *Schol. Gron. p. 283,10 St.* ‖ **321** quae cum ... quem ad modum *Schol. Gron. p. 283,11 St.* ‖ **322–323** mihi ut huic urbi *Schol. Gron. p. 283,13 St.*

rea Phil. 5,49, al. prob. Roca-Puig[1]*, p. 60–61 ad 42,22–43,1. aliter de h.l. censet Marastoni 314* : equitibus (-te **b**) ·R· populo **bγ** *certe* populo *firmari etiam videtur Schol. Verg., quem locum protulit Hagen* : equitibus (·eq· scr. **Afl** : -te **s** : -tes **ai**) ·R· (·R· *sscr.* **C**) ***aβ*** : equitibus populo Romano **e** *Sternkopf* ‖ **305–306** omnibus provinciis **B** ‖ **307–308** eo ... possumus ex *om.* **B** ‖ **309** pudicitia illinc *in textu omissum in mg. suppl.* **C**^{c} ‖ **311–312** furor ... continentia illinc *om.* **B** ‖ **312** hinc denique *Schem. dian.; Isid.; Isid. iun.* **Baβ** : denique *γ* ‖ **313** fortitudo *Isid.* **Balγ** : *om.* **sb** ‖ **315** copia (capia **B**) *Isid.* **Bbh** : copiae ***aβγ*** ‖ **317** confligit *Schem. dian.; Isid.* ***aβ*t** : confligunt **Bγ** ‖ **317** in *om.* **B** ‖ **318** nonne] non **B** | etiam si ***βγ*** : etiam (*i. levi errore pro* etiam si) **B** : si ***a*** ‖ **319** cogant] cogitant **V** ‖ **321** quirites *om.* **V** ‖ **321–322** ad modum ... tecta custodiis (*i.e. legebatur* custodiis vigiliisque) *om.* **u** ‖ **322** ante **B** *Muretus 601* | dixi *del. Muretus 601* (*i.e.* ante(a) *eadem significatione qua 3,29,381* ae-

ut urbi sine vestro motu ac sine ullo tumultu satis esset praesidi consultum atque provisum est. coloni omnes municipesque vestri certiores a me facti de hac nocturna excursione Catilinae facile urbis suas finisque defendent. gladiatores, quam sibi ille manum certissimam fore putavit, quamquam animo meliore sunt quam pars patriciorum, potestate tamen nostra continebuntur. Q. Metellus quem ego hoc prospiciens in agrum Gallicum Picenumque praemisi aut opprimet hominem aut eius omnis motus conatusque prohibebit. reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis iam ad senatum referemus quem vocari videtis.

Nunc illos qui in urbe remanserunt atque adeo qui contra 27
urbis salutem omniumque vestrum in urbe a Catilina relicti sunt, quamquam sunt hostes, tamen, quia nati sunt cives, monitos etiam atque etiam volo. mea lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc exspectavit ut id quod latebat erumpe-

325–326 excursionibus *Schol. Gron. p. 283,15 St.* || **328** quam pars patriciorum *Schol. Gron. p. 283,17 St.* || **334** nunc ... remanserunt *Schol. Gron. p. 283,19 St.* || **336–337** tamen ... monitos esse etiam ... volo *Sacerd. GL VI 445,15* || **337–338** si cui ... visa est *Schol. Gron. p. 283,19 St.*

que ac priore nocte *fecistis*) *at cf. Sternkopf* | custodiis vigiliisque *γ cf. 3,29,381; cf etiam app. cr. ad 1,8,84* : custodiis vigiliis **B** (*sc. ad γ spectat*) : vigiliis custodiisque ***αβ*** || **323** urbi **Bαβγ** : huic urbi *Schol. Gron.; Wesenberg 19; an recte? cf. supra 20,257* huic civitati | motu **Bβxu** : mutu **C** : metu **AVato** *at cf. infra 28,350* minimo motu ... nullo tumultu | ac ... tumultu *om.* **B** | satis] ut satis **B** || **324** consulatum **B** || **327** manum certissimam ***at*** : manum fortissimam certissimamque ***β*** : maximam manum et certissimam **Bxu** : fortissimam manum et certissimam **o** || **328** animo meliore (-es **a**) ***αβ*** : meliore (-em **B**) animo **Bγ** || **329** continebuntur] cura contenebuntur (*sic*) **B** || **330** hoc (*om.* **V**) prospiciens ***αβγ*** : hoc providens **B** || **331** conprimit **B** | eius omnis ***αβt*** : omnes eius **Bγ** : omnes **s** || **332** constituendis **Bαβ** : construendis *γ* || **333** deferemus **B** | quem ... videtis *om.* **B** || **335** salutem omniumque] salutemque omnium **B** | vestrum **Bαβ** : nostrum *γ* || **336** nati *Sacerd.* **BCAVγ** : *om.* **aβ** *Halm*[1] || **337** monitos ***αβ*** : monitos esse *Sacerd.* **B** : monitos eos *γ cf. K.-S. II 1,713–714* || **338** expectavit (-bit **B**) **BAaβγ** : spectavit **CV** *Haury*

ret. quod reliquum est, iam non possum oblivisci meam hanc esse patriam, me horum esse consulem, mihi aut cum his vivendum aut pro his esse moriendum. nullus est portis custos, nullus insidiator viae: si qui exire volunt, conivere possum; qui vero se in urbe commoverit, cuius ego non modo factum sed inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero, sentiet in hac urbe esse consules vigilantis, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt.

13 Atque haec omnia sic agentur, Quirites, ut maximae res
28 minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum post hominum memoriam crudelissimum et maximum me uno togato duce et imperatore sedetur. quod ego sic administrabo, Quirites, ut, si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe poenam sui sceleris sufferat. sed si vis manifestae audaciae, si impendens patriae periculum me necessario de hac animi

341–342 nullus est portis custos *Arus. 105* || **342–343** si qui exire velint conivere (-bere *var. l. Sacerd.*) possum *Prob. cath. GL IV 35,23; Sacerd. GL VI 487,13* || **342** conivere *Schol. Gron. p. 283,21 St.*

340 me horum **Baβo**[2] : meorum *γ* || **341–342** portis custos *Arus.* **Baβ** : portae custos *γ* || **342** conivere (commovere **x**) possum *Prob.; Sacerd. (cf. Schol. Gron.) γ* : conhibere possunt **B** *de scriptura cf. TLL IV 320,41* : consulere sibi possunt ***aβo*** || **343** *post* possunt **B** *addidit* exeant nemo prohibet *quod placet Roca-Puig*[1], *p. 61 ad 45,6–7; coll. S. Rosc. 138* hoc fecissem. facias licet; nemo prohibet. *adde quod* prohibet *etiam Gloss.*[L] *II Philox.* PR 308 *habet, quamquam ignoratur num ad h.l. referendum sit* || **344** sed **B***γ* *cf. K.-S II 2.2, 60; TLL VIII 1316,30* : sed ne ***a*l** : sed ne quid **o** : sed vel **sb** *et sine causa Clark, alii* || *344-3,3,27* conatumve … nam tum *uno folio amisso deficit* **l**, *accedit* **i** || **344** conatumque **B** || **345–346** consules … esse[1] *om.* **B** || **346** egregios magistratus **B*a*i*γ*** : magistratus egregios **sb** || **349** quirites **Bβ*γ*** : *om.* ***a*** | maxumae res ***aβ*** : res maxima **B*γ*** || **351–352** maximum et crudelissimum **B** *cf. 3,25,327* maximo crudelissimoque bello || **353** ut **Baβt** : *om.* *γ* || **354** possit **B**

lenitate deduxerit, illud profecto perficiam quod in tanto et tam insidioso bello vix optandum videtur, ut neque bonus quisquam intereat paucorumque poena vos omnes salvi esse possitis. quae quidem ego neque mea prudentia neque hu- 29
manis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed multis et non dubiis deorum immortalium significationibus quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus. qui iam non procul, ut quondam solebant, ab externo hoste atque longinquo sed hic praesentes suo numine atque auxilio sua templa atque urbis tecta defendunt. quos vos, Quirites, precari, venerari, implorare debetis ut, quam urbem pulcherrimam florentissimam potentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copiis terra marique superatis a perditissimorum civium nefario scelere defendant.

360 quae quidem ego *Schol. Gron. p. 283,22 St.*

357 lenitate **Baiγ** : levitate **sb** | eduxerit **B** || **358** videtur **Bβxu** : videretur **ato** | ut *sscr.* **C** || **358–359** neque bonus quisquam **aβt** : nequis bonus (-is **B**) **Bγ** || **359** vos **aβ** : ut vos **B** *fort. recte; cf. Madvig* [4]*fin. p. 415 ad 3,43* : vos iam **γ** || **360** possitis (*ex* possetis **C**[c]) **CAaβγ** : possetis **BV** || **366** defendunt **ait** : defendent **Bsγ** : defendant **b** || **367** precari] praecibus **B** | implorare **aβ** : atque (ad- **B**) implorare (in- **Bt**) **Bγ** || **368** florentissimam potentissimamque (-amque et potentissimam **o**) **BChγ** : florentissimamque **AVaβ** *ita saepe vel in bonis codd. peccatum est (v. A. Klotz, Cic. Verr., ed. Lipsiae 1923, Praef. xxiv, adn. 1)* || **369** superatis] superatissimorum **B** ||

subscr. IN ·L· CATILINA(m) LIBER ·II· EXPLICIT· **C** : IN ·L· CATILINA(m) EXPL(icit) LIBER SECVNDUS ...... **A** : ·M· tvlli ciceronis in catilina(m) lib(er) ·ii· explic(it) **a** : EXPLICIT LIBER ·II· **s** : MARCI ·TVLLII· CICERON(is)·IN CATILINA·(*sic*) LIBER ·II· EXPLICIT· **x** : Explicit liber secundus Invectivarum **u** : *om.* **Vfbito** : in **B** *colophon*: filiciter/ dorotheo/ utere felix dorothee

M. TVLLI CICERONIS
IN L. CATILINAM ORATIO TERTIA

TESTIMONIA

Plutarch. Cic. 17,4 χρησμοὺς ᾄδοντες (sc. falsi vates), ὡς ἐκ τῶν Σιβυλλείων, προδηλοῦντας εἱμαρμένους εἶναι τῇ Ῥώμῃ Κορνηλίους τρεῖς μονάρχους, ὧν δύο μὲν ἤδη πεπληρωκέναι τὸ χρεών, Κίνναν τε καὶ Σύλλαν, τρίτῳ δὲ λοιπῷ Κορνηλίῳ ἐκείνῳ (sc. P. Lentulo) φέροντα τὴν μοναρχίαν ἥκειν τὸν δαίμονα (cf. 3,9).

ib. 18,3 καὶ γράμματα μὲν αὐτοῖς (sc. legatis Allobrogum) πρὸς τὴν ἐκεῖ βουλήν, γράμματα δὲ πρὸς Κατιλίναν ἔδοσαν (sc. Lentulus eiusque socii), τῇ μὲν ὑπισχνούμενοι τὴν ἐλευθερίαν, τὸν δὲ Κατιλίναν παρακαλοῦντες ἐλευθερώσαντα τοὺς δούλους ἐπὶ Ῥώμην ἐλαύνειν (cf. 3,4).

ib. 18,5 ἔγνω (sc. Cicero) τὴν πρὸς τοὺς ξένους κοινολογίαν· καὶ νυκτὸς ἐνεδρεύσας ἔλαβε τὸν Κροτωνιάτην (T. Volturcium dicere debuit) καὶ τὰ γράμματα, συνεργούντων ἀδήλως τῶν Ἀλλοβρίγων (cf. 3,5–6).

ib. 19,1 ἅμα δ' ἡμέρα βουλὴν ἀθροίσας εἰς τὸ τῆς Ὁμονοίας ἱερὸν ἐξανέγνω τὰ γράμματα καὶ τῶν μηνυτῶν διήκουσεν (cf. 3,7 sqq.).

Cass. Dio 37,34,3–4 καὶ ταῦτα καὶ τῷ δήμῳ ὁμοίως ἤρεσε, καὶ μάλιστ' επειδή, τοῦ Κικέρωνος δημηγοροῦντός τι περὶ αὐτῶν, τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ Διὸς ἔς τε τὸ Καπιτώλιον παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς ἐκκλησίας ἀνιδρύθη καὶ κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν μάντεων πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ πρὸς τὴν ἀγορὰν βλέπον ἀνετέθη. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοί τε συνωμοσίαν τινὰ ἐξελεγχθήσεσθαι ἐκ τῆς τοῦ ἀγάλματος στάσεως εἰρήκεσαν, καὶ ἡ ἀνάθεσις αὐτοῦ τοῖς φωραθεῖσι συνέβαινε, τό τε θεῖον ἐμεγάλυνον καὶ τοὺς τὴν αἰτίαν λαβόντας δι' ὀργῆς μᾶλλον ἐποιοῦντο (cf. 3,20 et 21).

ARGVMENTVM SCHOLIASTAE GRONOVIANI

Deprehensi sunt coniurati ad pontem Mulvium, deducti ad senatum. Vulturcius cum litteris et Galli sollicitati ad hoc bellum, qui tunc forte legati venerant Romam, deprehensi sunt. Omnia celebrata sunt in senatu, purgatus est ipse Cicero. Novimus enim quia propter invidiam sedandam processit ad populum et allocutus est: iam ergo purgatus est, iam non timet. Narrat modo populo quid actum sit in senatu vel insultat. Tantum in hac oratione brachylogia hac arte utitur: quid actum sit in senatu narrat.

1 Rem publicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona,
1 fortunas, coniuges liberosque vestros atque hoc domicilium
clarissimi imperi, fortunatissimam pulcherrimamque urbem,
hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore,
laboribus, consiliis, periculis meis e flamma atque ferro ac
paene ex faucibus fati ereptam et vobis conservatam ac re-
2 stitutam videtis. et si non minus nobis iucundi atque inlu-
stres sunt ii dies quibus conservamur quam illi quibus nasci-
mur, quod salutis certa laetitia est, nascendi incerta condicio
et quod sine sensu nascimur, cum voluptate servamur, pro-
fecto, quoniam illum qui hanc urbem condidit ad deos im-
mortalis benivolentia famaque sustulimus, esse apud vos po-
sterosque vestros in honore debebit is qui eandem hanc
urbem conditam amplificatamque servavit. nam toti urbi,
templis, delubris, tectis ac moenibus subiectos prope iam
ignis circumdatosque restinximus, idemque gladios in rem
publicam destrictos rettudimus mucronesque eorum a iugu-
3 lis vestris deiecimus. quae quoniam in senatu inlustrata, pa-
tefacta, comperta sunt per me, vobis iam exponam breviter,

1–2 rem p. … vestrum (vestrorum *Isid.*) … vestros *Schem. dian. l. 401; Isid. orig. 2,21,40* ‖ **1** rem p. … vestrum *Schol. Gron. p. 284,1 St.* ‖ **5** periculis meis *Schol. Gron. p. 284,4 St.* ‖ **7–9** et si non minus iucundi … dies quibus nascimur *Mart. Cap. 5,497* ‖ **7** et si … iucundi *Schol. Gron. p. 284,5 St.*

Inscr. INCIPIT LIBER ·III· FELICITER **Cx** : INCIPIT LIBER TERTIVS FELICITER …… **A** : INCIPIT ·III· **su** : Or(ati)o Tercia **i** : *om.* **Vafbt**

4 hodierno **CVasbγ** : -a **Ai** ‖ **5** e ***aβ*uo** : et **x** : *om.* **t** ‖ **7–101** -tutam videtis … Cornelium ad quem *deficit* **C** ‖ **7–8** et si … illi quibus *suppl. in mg.* **i** ‖ **7** et si ***βγ*** : ·K· et si ***a*** (·K· = Kaput) *cf. ad 2,4,46* calumnia | nobis *Schol. Gron.* ***a*iγ** : vobis **bx** : *om. Mart. Cap.* **s** ‖ **8** ii *Mart. Cap.* **x** : hi ***aβγ*** ‖ **11** condidit ***a*sb** : condidit romulum **iγ** ‖ **14** toti ***aγ*** : totae ***β*** *R. Klotz* ‖ **15** ac moenibus ***aβ*o** : omnibus ***γ*** ‖ **16** restinximus idemque *om.* **V** | idemque **Aasit** : itemque **bγ** ‖ **17** rettudimus **a** *cf. Cluent. 123; Sull. 83; dom. 63;* : retudimus **AVfix** : retrudimus **sbγ** : retrusimus *ex* retro- **h**^{2} *May*^{2} *21* ‖ **18** deiecimus ***aβ*t** : reiecimus ***γ***

Quirites, ut et quanta et quam manifesta et qua ratione in-
vestigata et comprehensa sint vos qui et ignoratis et exspec-
tatis scire possitis.

Principio ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe,
cum sceleris sui socios, huiusce nefarii belli acerrimos duces,
Romae reliquisset, semper vigilavi et providi, Quirites,
quem ad modum in tantis et tam absconditis insidiis salvi
esse possemus. nam tum cum ex urbe Catilinam eiciebam – **2**
non enim iam vereor huius verbi invidiam, cum illa magis
sit timenda, quod vivus exierit -, sed tum cum illum extermi-
nari volebam, aut reliquam coniuratorum manum simul ex-
ituram aut eos qui restitissent infirmos sine illo ac debilis
fore putabam. atque ego ut vidi, quos maximo furore et 4
scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse et Ro-
mae remansisse, in eo omnis dies noctesque consumpsi ut
quid agerent, quid molirentur sentirem ac viderem, ut, quo-
niam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem
sceleris minorem fidem faceret oratio mea, rem ita compre-
henderem ut tum demum animis saluti vestrae provideretis
cum oculis maleficium ipsum videretis. Itaque, ut comperi
legatos Allobrogum belli Transalpini et tumultus Gallici ex-
citandi causa a P. Lentulo esse sollicitatos eosque in Galliam
ad suos civis eodemque itinere cum litteris mandatisque ad
Catilinam esse missos comitemque iis adiunctum esse
T. Volturcium atque huic esse ad Catilinam datas litteras,

20 quirites (q· *scr.* **V**) **AV**$\beta\gamma$: *om.* **ah** *Clark* | et quam manifesta $\beta\gamma$: *om.* **a**t *Halm*[1] || **21** qui et **abiu** : qui **s**γ | et expectatis **a**β**uo** : ex (et **x**) actis **xti**[2] *mg.* || **27** cum ex urbe *accedit* **l**, *non laudatur* **i** || **31** restitissent **a**β : reman-sissent γ || **32** ut $\beta\gamma$: *om.* **al** || **32–33** et scelere *om.* **V** || **38** saluti **A**$\beta\gamma$: salutis **Va** || **41** eosque **a**β : eosdemque (eos denique **x** : eosdem **u**) γ || **42** cum litteris mandatisque *ut supra* **a**$\beta\gamma$, *post* **42** ad suos civis *transp.* *Noht*[1] *coll. quae sequuntur, unde apparet solum Volturcium litteras ad Catilinam datas habuisse (§§ 8; 12), Gallos vero nonnisi ad suam gentem (§ 9). at hic litterae illae Gallis commissae expressis verbis ad Catilinam esse datae non dicuntur : del. ut iam Meyer, ita nuperrime W. Richter 768–9* || **43–44** esse T. (esset **A**) **A**β : esse **Va**γ : *om.* **o** || **44** ad Catilinam *hic* **al**γ : *ante* esse *hab.* **sb** : *del. Fr. Richter*[2 et 3] | datas] mandatas **x**

facultatem mihi oblatam putavi ut, quod erat difficillimum
quodque ego semper optabam ab dis immortalibus, ut tota
res non solum a me sed etiam a senatu et a vobis manifesto
5 deprehenderetur. itaque hesterno die L. Flaccum et C.
Pomptinum praetores, fortissimos atque amantissimos rei
publicae viros, ad me vocavi, rem exposui, quid fieri place-
ret ostendi. illi autem, qui omnia de re publica praeclara
atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora
negotium susceperunt et, cum advesperasceret, occulte ad
pontem Mulvium pervenerunt atque ibi in proximis villis ita
bipertito fuerunt ut Tiberis inter eos et pons interesset. eo-
dem autem et ipsi sine cuiusquam suspicione multos fortis
viros eduxerant, et ego ex praefectura Reatina compluris
delectos adulescentis quorum opera utor adsidue in rei pu-
6 blicae praesidio cum gladiis miseram. interim tertia fere vi-
gilia exacta cum iam pontem Mulvium magno comitatu le-
gati Allobrogum ingredi inciperent unaque Volturcius, fit in
eos impetus. educuntur et ab illis gladii et a nostris. res
3 praetoribus erat nota solis, ignorabatur a ceteris. tum inter-
ventu Pomptini atque Flacci pugna quae erat commissa se-

51–52 qui omnia … sentirent *Arus. 532* || **55** ut Tiberis … interesset *Arus. 283* || **59–60** (vigilia) *cf. Schol. Gron. p. 284,6 St.* || **62–63** res erat praetoribus solis nota … ceteris *Pomp. GL V 294,12* | res erat praetoribus nota solis *Serv. Aen. 1,409*

45 oblatam ***αγ*** : allatam (ab- **l**) ***β*** || **46** ab ***αβ*xt** : a **uo** | ut tota ***αβ*to** *prob. Kornitzer*[1] *626; cf. Madvig*[4] *fin. p. 415 ad 3,43 et Sternkopf* : tota **xu** || **50** rem ***αβ*** : rem omnem ***γ*** || **53** negotium ***α*l*γ*** : negotia **sb** || **55** bipertito fuerunt ***αβ*** : bipertiti fuerunt **b*γ*** : bipertito latuerunt *Polle*[2] | inter eos *Arus.* ***αγ*** : *om.* ***β*** || **57** eduxerant ***αβ*** : eduxerunt ***γ*** || **58–59** rei ·p· ***γ*** : re ·p· (r·p· *scr.* **b**) ***αβ*o** *prob. Muretus 615, Halm*[1], *al., ita sententiam intellegentes,* re p., praesidio || **59–60** vigilia] noctis vigilia **A** || **61** allobrogum (allogobrum **i**) ***γ*** *cf. TLL VII 2, 1119,7* : allobroges ***αβ*** || **62** educuntur et **rN** *al.* : et educuntur **uo** : educuntur **xt** *cf. inv. 2,4; Mil. 29* : ducuntur et (et *om.* **l**[1]) ***αβ*** *cf. ad. h.l. TLL VI 2, 2020,27 et 30* || **63** pretoribus erat ***αβ*** : erat pretoribus *Serv.; Pomp.* ***γ*** || **64** quae erat commissa *del. Halm*[1]

datur. litterae quaecumque erant in eo comitatu integris signis praetoribus traduntur; ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorem, Cimbrum Gabinium, statim ad me nihil dum suspicantem vocavi. deinde item accersitus est L. Statilius et post eum C. Cethegus. tardissime autem Lentulus venit, credo quod in litteris dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilarat. Cum summis et cla- 7
rissimis huius civitatis viris qui audita re frequentes ad me mane convenerant litteras a me prius aperiri quam ad senatum deferri placeret, ne, si nihil esset inventum, temere a me tantus tumultus iniectus civitati videretur, negavi me esse facturum ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. etenim, Quirites, si ea quae erant ad me delata reperta non essent, tamen ego non arbitrabar in tantis rei publicae periculis esse mihi nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter, ut vidistis, coegi. atque interea statim admonitu Allobrogum 8
C. Sulpicium praetorem, fortem virum, misi qui ex aedibus Cethegi si quid telorum esset efferret. ex quibus ille maximum sicarum numerum et gladiorum extulit.

71–72 praeter ... vigilaverat *Schol. Gron. p. 285,2 St.* || **86–87** fidem ... dedi *Isid. orig. 11,1,67*

66–67 ipsi ... deducuntur *om.* **t** || **67** dilucesceret *γ* : de- (deluceret **b**[1]) ***αβ*** || **68** improbissimum (-bitissimum **t**) ***αγ*** : improbissumorum (-imorum **b**) ***β*** || **69** nihil dum ***αβ*** : nihil tum **s**[2]*γ* : nihil tale **J** || **69–70** accersitus est ***αβ*** *de forma cf. TLL II 448,33; F. Bücheler, RhM 39, 1884, 414–15* : arcessitur (arcesitur **t** : accersitur **u**) *γ* || **70** ·L· ***αβt*** : ·P· **uo** : **x** *non liquet* | C. *edd.* : *om.* ***αβγ*** *Clark, alii* || **71** <P.> Lentulus *Eberhard* | dandis ***αβ*** : his **xt** : his dandis **uo** || **72** vigilarat ***αβ*** : vigilaret **b** : -averat (-averit **o**) *Schol. Gron. γ R.Kl. at cf. Zielinski 202* : evigilarat *Kraffert 117* || **73–74** ad me mane ***αβt*** : mane ad me **xu** : ad me **o** || **74** prius aperiri quam ***αβt*** : aperiri priusquam *γ* || **75** deferri ***αβo*** : referri **t** : referrem **x** : *** rē deferri **u** : deferrem *Halm*[1]*; at cf. Att. 2,20,2* addit etiam se prius occisum iri ab eo quam me violatum iri || **82** vidistis] audistis **V** || **84** ex] e **A** || **85** et **V***γ* : *om.* **A*αβ*** | extulit ***αlγ*** : extulerat **sb**

4 Introduxi Volturcium sine Gallis. fidem publicam iussu se-
natus dedi. hortatus sum ut ea quae sciret sine timore indi-
caret. tum ille dixit, cum vix se ex magno timore recreasset,
a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata et litteras, ut
servorum praesidio uteretur, ut ad urbem quam primum
cum exercitu accederet; id autem eo consilio ut, cum urbem
ex omnibus partibus, quem ad modum discriptum distribu-
tumque erat incendissent caedemque infinitam civium fecis-
sent, praesto esset ille qui et fugientis exciperet et se cum
9 his urbanis ducibus coniungeret. Introducti autem Galli ius
iurandum sibi et litteras ab Lentulo, Cethego, Statilio ad
suam gentem data esse dixerunt atque ita sibi ab his et a
L. Cassio esse praescriptum ut equitatum in Italiam quam
primum mitterent; pedestris sibi copias non defuturas. Len-
tulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis haruspicum-
que responsis se esse tertium illum Cornelium ad quem reg-
num huius urbis atque imperium pervenire esset necesse;
Cinnam ante se et Sullam fuisse. eundemque dixisse fatalem
hunc annum esse ad interitum huius urbis atque imperi qui
esset annus decimus post virginum absolutionem, post Capi-
10 toli autem incensionem vicesimus. hanc autem Cethego cum
ceteris controversiam fuisse dixerunt quod Lentulo et aliis
Saturnalibus caedem fieri atque urbem incendi placeret, Cet-
5 hego nimium id longum videretur. Ac ne longum sit, Quiri-
tes, tabellas proferri iussimus quae a quoque dicebantur da-

86 fidem ***aβ*** : fidem ei ***γ*** || **87** timore] metu **t** || **92** discriptum *Kayser; cf. 1,9,103* : de- ***aβγ*** || **96** ab Lentulo *Halm*[1] : a ·p· lentulo ***aβuo*** : a lentulo (linculo **t**) **xt** || **97** data **Aal** *cf. infra ad 10,116* deprehensa : datas **V*γ*** *Clark* : datā **sb** || **99** mitterent **V*γ*** : mitteret **Aa*β*** || **100** ex fa*tis **s** : ex fastis (*ex* factis **V**) ***aβt*** *Kasten* : ex libris ***γ*** || **101** se esse ***aβuo*** : esse se **t** : esse **x** | tertium illum ***alγ*** : illum tertium **sb** || **101–102** regnum *accedit* **C** || **104** annum (animum **V**) esse ***alo*** : esse annum (annuum **b**) **sb*γ*** || **105** annus decimus ***aβo*** : decimus annus ***γ*** || **106–107** cum ceteris *om.* **t** || **107** et] atque **t** || **108** saturnalibus caedem ***aβo*** : caedem saturnalibus ***γ*** || **109** videretur **xt** *cf. Madvig*[2] *666 adn. 2* : videri ***aβuo***

tae. Primo ostendimus Cethego; signum cognovit. nos linum incidimus; legimus. erat scriptum ipsius manu Allobrogum senatui et populo sese quae eorum legatis confirmasset facturum esse; orare ut item illi facerent quae sibi eorum legati recepissent. tum Cethegus, qui paulo ante aliquid tamen de gladiis ac sicis quae apud ipsum erant deprehensa respondisset dixissetque se semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse, recitatis litteris debilitatus atque abiectus conscientia repente conticuit. Introductus est Statilius; cognovit et signum et manum suam. recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam; confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo et quaesivi cognosceretne signum. adnuit. 'Est vero', inquam, 'notum quidem signum, imago avi tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam et civis suos; quae quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit.' leguntur ea- 11
dem ratione ad senatum Allobrogum populumque litterae. si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. atque ille primo quidem negavit. post autem aliquanto, toto iam indicio exposito atque edito, surrexit, quaesivit a Gallis quid sibi esset cum iis, quam ob rem domum suam venissent, itemque a Volturcio. qui cum illi breviter constanterque respondissent per quem ad eum quotiensque venissent, quae-

111 primo *αβ* : primum *γ* | Cethego signum; cognovit *sic ab edd. distinguebatur ante Muellerum* | linum **CAaβ** : lignum **Vγ** || **114** ut item illi ***aβto*** : ut etiam illi **x** : etiam ut illi **u** | eorum legati (legati *om.* **u**[1]) ***aly*** : legati eorum **sb** || **115** recepissent *Muretus 619; cf. Q. Cic. pet. 19* horum in causis ad te deferendis quid tibi eorum sodales receperint et confirmarint, scio; *Phil. 5,51* promitto, recipio, spondeo; *fam. 5,8,5* quae tibi promitto ac recipio; *ib. 1,9,9* quidque sibi is de me recepisset in memoriam redegit : praecepissent ***aβγ*** || **116** sicis (sic his **o**) ***aβto*** : de sicis **xu** | ipsum] se **R** *prob. Madvig*[2] *153* | deprehensa ***aβo*** : deprehensae **xu** : deprehensi **t** || **118–119** conscientia ***aβ*** : conscientia convictus *γ* || **119** introductus est *γ* : introductus ***aβ*** || **120** et signum et manum suam ***aβto*** : manum et signum suum **xu** || **122** adnuit **CAaβγ** : adnuit quidem **Vo** || **123** quidem signum **CAaβu** : signum **Vγ** || **128** aliquanto ***aβo*** : aliquando *γ* || **130** iis **CA** : his (hiis **a**) **Vaβγ** || **131** item **a** || **132** quem *γ* : q: **C** : qu(a)e (quae *sscr.* **C**[c]) ***aβ*** | quotiens **t**

sissentque ab eo nihilne secum esset de fatis Sibyllinis locutus, tum ille subito scelere demens quanta conscientiae vis esset ostendit. nam, cum id posset infitiari, repente praeter opinionem omnium confessus est. ita eum non modo ingenium illud et dicendi exercitatio qua semper valuit sed etiam propter vim sceleris manifesti atque deprehensi impudentia
12 qua superabat omnis improbitasque defecit. Volturcius vero subito litteras proferri atque aperiri iubet quas sibi a Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. atque ibi vehementissime perturbatus Lentulus tamen et signum et manum suam cognovit. erant autem sine nomine, sed ita: 'Quis sim scies ex eo quem ad te misi. cura ut vir sis et cogita quem in locum sis progressus: et vide quid tibi iam sit necesse et cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum.' Gabinius deinde introductus cum primo impudenter respondere coepisset, ad extremum nihil ex iis quae Galli insimula-
13 bant negavit. Ac mihi quidem, Quirites, cum illa certissima visa sunt argumenta atque indicia sceleris, tabellae, signa,

143–146 (qui sim ... infimorum) *cf. Sall., Catil. 44,5* qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces. fac cogites, in quanta calamitate sis, et memineris te virum esse. consideres, quid tuae rationes postulent. auxilium petas ab omnibus, etiam ab infumis || **144** cura ... sis *Prisc. inst. GL III 237,23* || **148–149** nihil eorum quae ... negavit *Don. Ter. Phorm. 359,1*

133 fatis (fa*tis **s**) **sx** : factis **lt** : fastis **abuo** *Kasten* : libris *supra* fastis *scr.* **i** || **135** infitiari **aβxo** : infirmari **u** : vel inficiari infirmarique **t** || **138** sceleris *hic* **aly** : *post* deprehensi **sb** || **140** iubet **aβo** : iussit *γ* || **142** tamen] tandem *Eberhard* : statim *Binsfeld*[1] 305 | signum et manum suam **aβto** : signum suum et manum **xu** || **143** autem **aβo** : autem scriptae *γ* | quis **ahb**[2]**o** : qui **CAVβγ** *fort. recte. cf. Sall. prob. A. Klotz 572 (cf. E. Löfstedt, Syntactica 2, Lund 1933, 84 adn. 1 et K.-S. II 1,655–656)* || **144** ex eo **alb**[2]**iγ** *cf. Sall. Catil.* ex eo ... cognosces : ex hoc **sb**[1] || **145** et vide quid *γ* : vide et quid **aβo** : vide quid *Novàk* : vide ecquid *Halm*[1]*; at cf. Sall. Catil.* consideres quid tuae rationes postulent | tibi iam **alo** : iam tibi **sbγ** || **146** infimorum **C**[c]**Aaβγ** : infirmorum **CVu**[1] || **147** inprudenter **V** || **148** ex iis **D** : ex his **aβγ** : eorum *Don. Ter.* || **149** Quirites **aγ** : *om.* **β** || **150** visa sunt **aβo** : sunt visa *γ*

manus, denique unius cuiusque confessio, tum multo certiora illa, color, oculi, voltus, taciturnitas. sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim non numquam inter sese aspiciebant ut non iam ab aliis indicari sed indicare se ipsi viderentur.

Indiciis expositis atque editis, Quirites, senatum consului **6**
de summa re publica quid fieri placeret. dictae sunt a principibus acerrimae ac fortissimae sententiae, quas senatus sine ulla varietate est secutus. et quoniam nondum est perscriptum senatus consultum, ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censuerit exponam. Primum mihi gratiae verbis am- 14
plissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea res publica maximis periculis sit liberata. deinde L. Flaccus et C. Pomptinus praetores, quod eorum opera forti fidelique usus essem, merito ac iure laudantur. atque etiam viro forti, conlegae meo, laus impertitur, quod eos qui huius coniurationis participes fuissent a suis et a rei publicae consiliis removisset. atque ita censuerunt ut P. Lentulus, cum se praetura abdicasset, in custodiam traderetur; itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius qui omnes praesentes erant in custodiam traderentur. atque idem hoc decretum est in L. Cassium qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat, in M. Caeparium cui ad sollicitandos pastores

168–169 Lentulus ... abdicasset *Arus. 13* | cum se ... traderetur *Schol. Gron. p. 284,22 St.* || **172–173** qui sibi ... depoposcerat *Schol. Gron. p. 284,11 St.*

152–153 obstupuerant (obsti- ***a***) ***aγ*** : -erunt (obsti- **bs**[1]) ***βt*** || **154** sese ***alxu*** : se **sbto** || **154–155** indicare se ipsi ***αβo*** : ipsi a se *γ* || **156** Quirites ***α*(f)*βγ*** : *om.* **ao** *Halm*[1] || **157** re publica ***αβ*** : rei p· **h** : rei ·p· salute *γ* | placeret ***αβto*** : liceret **xu** || **161** exponam ***αγ*** : exponamus ***β*** || **163** maxumis periculis ***αβo*** : periculis maximis *γ* || **167** a[2] ***αβo*** : *om.* **s*γ*** || **168** amovisset **A** || **169** in *Schol. Gron.* ***αβto*** : tum in **xu** || **170** ·C· (*vel* ·G·) ***αβo*** : *om. γ* | statilius (stalius **b**) ***αβo*** : *om. γ* | qui *γ* : *om.* ***αβ*** || **172** est *om.* **A** || **173** depoposcerat *Schol. Gron.* ***a*ls**[2]*γ* : deposcerat **s**[1]**b** | caeparium **xu** *Lb.*[1]*; cf. Sall. Catil. 46,3–4, al.; fam. 9,23* : ceparium ***αβto***

Apuliam attributam esse erat indicatum, in P. Furium qui est ex iis colonis quos Faesulas L. Sulla deduxit, in Q. Annium Chilonem qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus, in P. Vmbrenum, libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. atque ea lenitate senatus est usus, Quirites, ut ex tanta coniuratione tantaque hac multitudine domesticorum hostium novem hominum perditissimorum poena re publica conservata reliquorum mentis sanari posse arbitraretur. atque etiam supplicatio dis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est, quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit, et his decreta verbis est: 'quod urbem incendiis, caede civis, Italiam bello liberassem.' quae supplicatio si cum ceteris supplicationibus conferatur, hoc interest quod ceterae bene gesta, haec una conservata re publica constituta est. Atque illud quod faciendum primum fuit factum atque transactum est. nam P. Lentulus, quamquam patefactis indiciis et confessi-

179 lenitate senatus *Schol. Gron. p. 284,14 St.* || **183–184** atque etiam ... immortalibus *et* decreta est pro singulari ... nomine *Schol. Gron. p. 284,15 et 19 St.* || **186–187** (urbem ... liberassem) *cf. Cic. fam. 5,2,8* eum qui curiam caede, urbem incendiis, Italiam bello liberasset || **191** nam Publius Lentulus *Schol. Gron. p. 284,22 St.*

174 attributam esse ***αβ*** : tributam esse **o** : esse attributam *γ* | in *om.* **V** || **175** iis **D** : his ***αβγ*** | colonis (*aegre liquet*) **l** *Lb.^{2}mg.* : coloniis **asb***γ* *cf. 2,20,244–245* ex iis coloniis quas Sulla constituit | quos **u** : quas ***αβγ*** || **176** Annium *Garatoni; Halm^{1}; cf. Sall. Catil. 17,3; 50,4. consulas etiam Q. Cic. pet. 10* qui (*Catilina*) ex curia Curios et Annios ... sibi amicissimos comparavit : manlium (mal- **ut**) ***αβγ*** : Magium *Lb.^{1} ex Sylvi coni. (cf. fam. 4,12,2)* || **179** est usus **al***γ* : usus est **sbt** || **180** hac (*ex* ac C^{c}) ***αβ*** : vi ac *γ* || **182** sanari ***αβ*xo** : sanare **ut** || **184** horum **V** | est ***αβ*** : est quirites (quirini **o**) *γ* || **185** hanc ***αβ*uo** : *om.* **xt** | iis **A** || **188** conferatur ***αβ*** : conferatur quirites *γ* | interest ***αβ*to** : intersit **xu** | gesta (*ex* -ę **l**) **CA*β*xo** *cf. 4,20,304* : gesta ·R·P· (*sscr. in* **u**) **ut** : gestę (-e **a**) **Va** || **189** re ·p·] **C** : rei p̄· C^{c} || **191** patefactis] **f** : -a **a** : patefacta <re> *coni. Halm^{1}* : manifestis *particula* et *omissa (v. infra) coni. cum Eberhard tum W. Richter 769* | et *γ* : *om.* ***αβ***

onibus suis iudicio senatus non modo praetoris ius verum etiam civis amiserat, tamen magistratu se abdicavit, ut quae religio C. Mario, clarissimo viro, non fuerat, quo minus C. Glauciam de quo nihil nominatim erat decretum praetorem occideret, ea nos religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur.

Nunc quoniam, Quirites, conspeleratissimi periculosissimi- **7**
que belli nefarios duces captos iam et comprehensos tenetis, 16
existimare debetis omnis Catilinae copias, omnis spes atque opes his depulsis urbis periculis concidisse. quem quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc providebam animo, Quirites, remoto Catilina non mihi esse P. Lentuli somnum nec L. Cassi adipes nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam. ille erat solus timendus ex istis omnibus, sed tam diu dum urbis moenibus continebatur. omnia norat,

193–194 ut quae religio G. Mario *Schol. Gron. p. 284,25 St.* || **194** C. Mario clarissimo viro *Schol. Clun. p. 270,8 St.* || **194–196** (quo minus C. Glauciam ... occideret) *cf. Schol. Clun. p. 270,9 St. in explic.* quamquam de Gaio Glaucia nihil esset nominatim decretum, praetorem tamen eum interemit || **196–197** ea nos religione liberaremur *Schol. Gron. p. 284,31 St.* || **203** somnum. alii somnium, alii somnum habent *cum explic. Schol. Gron. p. 285,1 St.* || **203–204** nec ... adipes *Schol. Gron. p. 285,5 St.*

194 religio accedit **Δ** || **195** C. (·c· **x** : ·G· **ut**) *γ cf. Schol. Clun.* : [C.] / *Γαιον* **Δ** : *om.* ***αβo*** | nominatim (-um **io**) erat ***αβγ*** : erat nominatim **t** *cf. Schol. Clun.* || **198** conspeleratissimi (cum- **V**) ***αβ*x** : sceleratissimi *γ* | periculosissimi **V** || **201** his **V*βγ*** : *is (i *eras. vid.*) **C** : iis **Aal**[1] || **202** pellebam ***αβo*** : depellebam *γ* || **203** *post* Lentuli **t** *adiecit*: quo dicebat imperatorem se esse anno illo cum interitu urbis futurum | somnum *Schol. Gron.* **b**[1] : somnium ***αβγ*** *cf. Schol. Gron.* : [so]mn[/ [?] **Δ** | nec ***αβ*to** : [nec] / [*ουδε*] **Δ** : *om.* **xu** || **204** L. *Schol. Gron. γ* : Lī / *Λουκ*[*ιον* **Δ** : *om.* **al** (·c· assi *scr.* **l**) : ·C· (*vel* ·G·) ***α*(f)*β*** | adipes *Schol. Gron. γ* : adipes / [?] **Δ** : alipes **CA**[2] *mg.* : aliped **o** : aupes **V** : *in lac. 15 litt. om.* **A**[1], *sine lac.* ***αβ*** | ·C· (*vel* ·G·) ***αβγ*** : *om.* **Δ** || **205** erat solus / *η*[*ν μονος* **Δ** : erat solus **xu** : erat (*ex* erit **C**) unus ***α*lto** : unus erat **b** : enim erat **s** | timendus *deficit* **Δ** | istis ***αβo*** : illis **s** : his *γ* || **206** urbis moenibus ***αβo*** : moenibus urbis *γ*

omnium aditus tenebat. appellare, temptare, sollicitare poterat, audebat. erat ei consilium ad facinus aptum, consilio autem neque lingua neque manus deerat. iam ad certas res conficiendas certos homines delectos ac descriptos habebat. neque vero, cum aliquid mandarat, confectum putabat: nihil erat quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret;
17 frigus, sitim, famem ferre poterat. hunc ego hominem tam acrem, tam audacem, tam paratum, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem – dicam id quod sentio, Quirites -, non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulissem. non ille nobis Saturnalia constituisset neque tanto ante exiti ac fati diem rei publicae denuntiavisset neque commisisset ut signum, ut litterae suae testes manifesti sceleris deprehenderentur. quae nunc illo absente sic gesta sunt ut nullum in privata domo furtum umquam sit tam palam inventum quam haec tanta in re publica coniuratio manifesto inventa atque deprehensa

207–208 poterat et audebat *et* **208–209** consilio neque lingua ... deerat *Schol. Gron. p. 285,6 St.* || **211–212** nihil erat ... obiret *Arus. 412*

208 et audebat *Schol. Clun.* | ei *γ* : et **als** : *om.* **b** || **209** neque lingua neque manus *Schol. Gron.* **CAVβγ** : neque manus neque lingua **ah** : neque manus **b** | certas **aβto** : ceteras **xu** || **210** discriptos *Stangl*[2] *703; sine causa, nam codicum* descriptos, *i.e.* constitutos ('bezeichnet', 'bestimmt' *ap. Germanos*) *satis sententiae facit; aliter res se habet v.c. 1,9,103* || **211** mandarat **aβo** : mandaverat *γ* | infectum **a** || **214** tam audacem tam paratum **aβo** : tam paratum tam audacem *γ* || **218** cervicibus vestris **alγ** : vestris (*ex* nostris **s**^{2}) cervicibus **sb** *prob. Zielinski 202* || **219–220** neque tanto ... commisisset *om.* **β** : *inferiore mg. suppl.* **s**^{2} || **219** tanto **auo** : tanti **s**^{2}**xt** || **220** denuntiavisset (**A**^{2} : -visset *in ras.* **x**) **as**^{2}**γ** : denuntiasset **A**^{1}**o** || **221** testes **aβo** : testes denique *γ* | deprehenderetur **At** || **223–224** tanta in **βxu** : in tota **ato** *Clark* || **224** manifesto **CAaβxo** : -e **t** : -a **Vb**^{1}**u** || **224** inventa atque deprehensa **βγ** : inventa comprehensa (con- **CVa**) **a** : inventa atque comprehensa **o** : comperta atque deprehensa *Novák coll. Cluent. 43* facinus manifesto compertum atque deprehensum : comprehensa *Nohl*[1] *coll. Cael. 62 et 64; Flacc. 38 et 68*

est. quod si Catilina in urbe ad hanc diem remansisset, quamquam, quoad fuit, omnibus eius consiliis occurri atque obstiti, tamen, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos umquam, cum ille in urbe hostis esset, tantis periculis rem publicam tanta pace, tanto otio, tanto silentio liberassemus.

Quamquam haec omnia, Quirites, ita sunt a me admini- **8**
strata ut deorum immortalium nutu atque consilio et gesta 18
et provisa esse videantur. idque cum coniectura consequi possumus, quod vix videtur humani consili tantarum rerum gubernatio esse potuisse, tum vero ita praesentes his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt ut eos paene oculis videre possemus. nam ut illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque caeli, ut fulminum iactus, ut terrae motus relinquam, ut omittam cetera quae tam multa nobis consulibus facta sunt ut haec quae nunc fiunt canere di immortales viderentur, hoc certe, Quirites, quod sum dicturus neque praetermittendum neque relinquendum est. nam profecto memoria tenetis Cotta et Torquato consu- 19
libus compluris in Capitolio res de caelo esse percussas, cum et simulacra deorum depulsa sunt et statuae veterum

231 quamquam ... Quirites *Schol. Gron. p. 285,9 St.* || **238** ab occidente faces *Schol. Gron. p. 285,13 St.* || **243–244** Cotta ... consulibus *Schol. Gron. p. 285,14 St.* || **245–246** statuae ... deiectae *et* legum ... liquefacta *Schol. Gron. p. 285,23 et 22 St.*

226 consiliis occurri ***αlγ*** : consiliis potuit occurri **sb** || **228** cum ***ato*** *cf. Madvig² 153–154* : dum ***βxu*** || **228–229** esset ***αβo*** : fuisset *γ* || **232** nutu atque ***βγ*** : *om.* ***α*** || **233** cum *om.* **Vu** || **234** videtur ***βx*** : videretur ***αγ*** | humani consili (-i **A**) ***αβo*** : -is -iis **xt** : consiliis **u** | tantarum rerum ***αβ*** : tantam molem rerum *γ* || **235** esse (esset **l**) ***αβ*** : consequi *γ* || **237** possemus *γ* : possimus ***αβ*** *Clark* || **239** relinquam ut omittam cetera ***αβo*** : ceteraque (cetera **x**) *γ* | tam ***αγ*** : ita ***βx*** *R. Klotz* || **241** quirites **l*γ*** : *om.* ***α*sb** (*in* **C** *lac. trium litt. exstat, ubi* qui *vel* ·Q·, *i.e.* quirites *dispexerunt Peterson (in collatione) et Clark; nimirum ipse scriba se correxit*) || **244** in *γ* : de ***αβ*** : inde **o** || **245** cum ... sunt *om.* **u** | cum et ***βxt*** : et cum **Cl** : et tum **AVao** | deorum ***αβo*** : deorum immortalium **xt**

hominum deiectae et legum aera liquefacta et tactus etiam
ille qui hanc urbem condidit Romulus, quem inauratum in
Capitolio, parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhian-
tem fuisse meministis. quo quidem tempore cum haruspices
ex tota Etruria convenissent, caedis atque incendia et legum
interitum et bellum civile ac domesticum et totius urbis at-
que imperi occasum appropinquare dixerunt, nisi di immor-
tales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexis-
20 sent. itaque illorum responsis tum et ludi per decem dies
facti sunt neque res ulla quae ad placandos deos pertineret
praetermissa est. idemque iusserunt simulacrum Iovis facere
maius et in excelso conlocare et contra atque antea fuerat
ad orientem convertere. ac se sperare dixerunt, si illud si-
gnum quod videtis solis ortum et forum curiamque conspi-
ceret, fore ut ea consilia quae clam essent inita contra salu-
tem urbis atque imperi inlustrarentur, ut a senatu
populoque Romano perspici possent. atque illud signum
conlocandum consules illi locaverunt; sed tanta fuit operis
tarditas ut neque superioribus consulibus neque nobis ante

246–247 tactus etiam (etiam *Serv. Aen.* : est etiam *var. l. Serv. ecl.*) ille ... Romulus *Serv. auct. Aen. 2,649 et Serv. ecl. 1,17* ‖ **247–249** quem ... lactantem (lactentem *var. l.*) ... meministis *Arus. 259* ‖ **253–254** suo ... flexissent *Schol. Gron. p. 285,25 St.* ‖ **256–257** simulacrum ... maius ... collocare *Schol. Gron. p. 285,31 St.*

246 legum *Schol. Gron.* **aβ** : regum **γ** | aera *om.* **A** | liquefacta *Schol. Gron.* **aβo** : liquefacta sunt **γ** | et **abo** : *om.* **βγ** ‖ **246–247** etiam ille *Serv. Aen.* **as** : est (*var. l. Serv.*) etiam ille *Serv. ecl.* **bγ** : ille etiam **l** ‖ **247** inauratum *Arus.* **βγ** : auratum **a** ‖ **248** lactentem (*var. l. Arus.*) *Arus.* **Vhu** : lactantem *Arus.* **CAaβγ** ‖ **251** et[2] **aβuo** : ac **xt** ‖ **252–303** imperi ... crudelissimo *deficit* **C** ‖ **253** fata *Schol. Gron.* **Aaxt** : facta **Vβuo** ‖ **254** per decem dies **alto** : decem per dies **xu** : per dies decem **sb** ‖ **257** in excelso **Vβγ** : in celso **Aax** | antea **AVβt** : ante **aγ** ‖ **259** curiamque **βγ** : curiam **Aa** : et curiam **V** ‖ **260** clam **βγ** : iam **ao** ‖ **262** populoque ·R· **aβuo** : *om.* **xt** ‖ **263** collocandum **βto** : ita collocandum (con- **u**) **xu** : collocatum **a** | locaverunt **ix** *Cuiacius* : locarunt *'al. lib. vet.' ap. Lb.[2] mg.* : conlocaverunt (con- **a**) **aβ** : statuerunt **γ** ‖ **264** neque ... consulibus *om.* **ls** | superioribus **at** : a superioribus **bγ** | nobis **aβ** : a nobis **γ**

hodiernum diem conlocaretur. hic quis potest esse, Quirites, **9** 21 tam aversus a vero, tam praeceps, tam mente captus qui neget haec omnia quae videmus praecipueque hanc urbem deorum immortalium nutu ac potestate administrari? etenim cum esset ita responsum, caedis, incendia, interitum rei publicae comparari, et ea per civis, quae tum propter magnitudinem scelerum non nullis incredibilia videbantur, ea non modo cogitata a nefariis civibus verum etiam suscepta esse sensistis. illud vero nonne ita praesens est ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo iussu et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur? quo conlocato atque ad vos senatumque converso omnia et senatus et vos quae erant contra salutem omnium cogitata inlustrata et patefacta vidistis. quo etiam maiore 22 sunt isti odio supplicioque digni qui non solum vestris domiciliis atque tectis sed etiam deorum templis atque delubris sunt funestos ac nefarios ignis inferre conati. quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam et non sim ferendus: ille, ille Iuppiter restitit; ille Capitolium, ille haec tem-

265 *sqq.* (quis potest esse ...) *cf. Quint. inst. 5,11,42* ponitur a quibusdam et quidem in parte prima deorum auctoritas ... . id rarum est, non sine usu tamen. utitur eo Cicero ... in contione contra Catilinam, cum signum Iovis columnae inpositum populo ostendit || **265–266** quis tam aversus a vero *Prisc. inst. GL III 277,11* | tam aversus a vero *Arus. 3* || **273–277** illud vero ... statueretur *Prisc. inst. GL III 87,21*

265 quis *Prisc. γ* : qui ***αβ*** | quirites ***βγ*** : *om.* ***α*** || **266** aversus **A*βγ*** : adversus **Vax** || **268** ac ***αβ*to** : atque **xu** || **269** interitum ***αβ*** : interitumque *γ* || **270** per cives ***αβ*** : a (*om.* **x**) perditis civibus *γ* : per cives l' a perditis civibus **o** || **272** a nefariis civibus] ·q· (*i.e.* quirites) **V** || **273** esse ***α*l*γ*** : *om.* **sb** || **274** optimi maximi *Prisc.* **Ah*γ*** : optimi maximi omnium **sb** : i | omnium **l** : *om.* **a** (iā *scr.* **f**) : *non liquet* **V** || **276** eo *Prisc.* **sb*γ*** : et **AVaho** : et eo **l** || **278** et senatus et vos *om.* **g** *Halm*[1]*; Kasten* | salutem ***αγ*** : senatum salutemque ***β*** || **279** cogitata *hic* ***α*l*γ*** : *ante* contra **sb** || **280** isti (*ante* digni **t**) ***αγ*** : illi ***β*** || **282–283** si me *om.* **o**

pla, ille cunctam urbem, ille vos omnis salvos esse voluit. dis ego immortalibus ducibus hanc mentem voluntatemque suscepi atque ad haec tanta indicia perveni. iam vero illa Allobrogum sollicitatio: iam ab Lentulo ceterisque domesticis hostibus tam dementer tantae res creditae et ignotis et barbaris commissaeque litterae numquam essent profecto, nisi ab dis immortalibus huic tantae audaciae consilium esset ereptum. quid vero? ut homines Galli ex civitate male pacata, quae gens una restat quae bellum populo Romano facere et posse et non nolle videatur, spem imperi ac rerum maximarum ultro sibi a patriciis hominibus oblatam neglegerent vestramque salutem suis opibus anteponerent, id non divinitus esse factum putatis, praesertim qui nos non pugnando sed tacendo superare potuerunt?

10 23 Quam ob rem, Quirites, quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis vestris. nam multi saepe honores dis immortalibus

285 cunctam *αβο* : hanc *γ* || **286** ego **a***γ* : ergo **AV***β***x** | ducibus *βγ* : *om.* *α* | mentem voluntatemque **AV***βγ* : mentem quirites voluntatemque **a** *Ha.*[1] || **287** haec tanta **A***βγ* : haec haec tanta **a** : tanta haec **Vo** || **287–288** illa ... sollicitatio iam (sic *γ*) *αβγ* *cf. Ercole* : <in> illa ... sollicitatione *Sternkopf* : *genus γ secutus* suscepta *sim. e.g. post* **289** hostibus *addendum censet Ernesti* : *his ut ex 14,176–177 ductis deletis plura emendare vult Mommsen ap. Halm*[1], *i.e.* [illa ... sollicitatio iam] ab Lentulo c. q. d. h. tam dementer tantae res creditae [et] ignotis, et barbaris commisae[que] litterae numquam essent (*cf. Levi*) : illa ... sollicitatio <numquam esset tentata a Gabinio>, iam *proposuit Sydow 226 coll. supra 14,178–179* a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat || **289** tantae res creditae *αβο* : tanta (tam **x**) res credita *γ* || **290** commissaeque *αlγ* : commissae **sb** *cf. supra Mommsen* || **294** et posse *γ* : posse **Aa***β* : possit **V** | non **AV***γ* : *om.* **a***β***u** || **295** maximarum *αο* : amplissimarum *βγ* || **295–296** neglegerent (-rint **u**) ... anteponerent *βγ* : neglegeret ... anteponeret **V** : negligere ... anteponere **Aa** || **297** esse factum *αlγ* *ob claus. prob. iam Wuest 68 adn. 1* (= V3 *ap. Zielinski*) : factum esse **sb** | putatis *βγ* : *om.* *α* || **297–298** praeterquam quod (*pro* praesertim qui) ... potuerunt *post* **292** Galli *transp. Reis* : *secl. Eberhard* || **298** potuerint *Ernesti.; Madvig*[1]. *at v. TLL X 2, 865,47, ubi de* praesertim qui *cum indic. agitur (cf. v.c. fam. 10,31,6), et May*[1] *133*

iusti habiti sunt ac debiti sed profecto iustiores numquam. erepti enim estis ex crudelissimo ac miserrimo interitu et erepti sine caede, sine sanguine; sine exercitu, sine dimicatione togati me uno togato duce et imperatore vicistis. etenim 24 recordamini, Quirites, omnis civilis dissensiones, non solum eas quas audistis sed eas quas vosmet ipsi meministis atque vidistis. L. Sulla P. Sulpicium oppressit: eiecit ex urbe C. Marium, custodem huius urbis, multosque fortis viros partim eiecit ex civitate, partim interemit. Cn. Octavius consul armis expulit ex urbe conlegam: omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit. superavit postea Cinna cum Mario: tum vero clarissimis viris interfectis lumina civitatis exstincta sunt. ultus est huius victoriae crudelitatem postea Sulla: ne dici quidem opus est quanta deminutione civium et quanta calamitate rei publicae. dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro, Q. Catulo: attulit non tam ipsius interitus rei publicae luctum quam ceterorum. atque illae tamen omnes dissensiones erant eius modi 25

307–308 sed eas ... vidistis *Arus. 367* || **308** L. Sulla ... oppressit *Schol. Clun. p. 270,12 St.* || **310–311** Octavius expulit Cinnam collegam *Schol. Gron. p. 286,19 St.* || **312–313** superavit ... Mario *Schol. Gron. p. 286,1 St.* || **313** clarissimis viris *Schol. Gron. p. 286,20 St.* || **315–316** ne dici ... deminutione (di- *complures codd.*) civium Prisc. *inst. GL III 61,1 et 16; 96,9* || **315** ne dici quidem opus est *Prisc. inst. GL III 84,17*

303 ac miserrimo *accedit* **C** || **303–304** et erepti *γ v. Naegelsbach 768–769. cf. Eberhard et 15,184–186* decreta est ... et ... decreta ... est; *1,4,42* vivis et vivis; *2,17,198* de uno hoste ... et de eo hoste; *4,16,245–246* quidam hic nati et summo nati loco : erepti ***αo*** : *om. β prob. Mueller fortiore interpunct. post interitu posita* || **307** audistis **AV*βγ*** : auditis **Ca** || **308** vidistis] audistis **a** | eiecit ex urbe ***αβo*** : ex urbe eiecit *γ* : *del. Lb.*[1] || **311** expulit *om.* **xu** | ex urbe *om. Schol. Gron.* **o** | collegam *Schol. Gron.* ***α*ls**[1] : collegam suum (cinnam *et* suum *sscr. in* **s**) **s**[2]**b*γ*** : collegam cinnam **h** || **312** post **V** || **315–316** deminutione *Halm*[1] : di- **C**[c]**Aa*βγ*** *et plerique Prisc. codd.* : demutatione **CV** : dimicatione **x** || **316** clamitate **C** || **317** et ***αβγ*** : ac **st** *Halm*[1] || **319** atque illae tamen omnes **CAa*βγ*** : atque ille tamen **V** : atque ille **x** : *secl. Clark* | eius modi ***αβ*** : huius modi ***β*x**

quae non ad delendam sed ad commutandam rem publicam pertinerent. non illi nullam esse rem publicam sed in ea quae esset se esse principes, neque hanc urbem conflagrare sed se in hac urbe florere voluerunt. atque illae tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitium rei publicae quaesivit, eius modi fuerunt ut non reconciliatione concordiae sed internecione civium diiudicatae sint. in hoc autem uno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla umquam barbaria cum sua gente gessit, quo in bello lex haec fuit a Lentulo, Catilina, Cethego, Cassio constituta, ut omnes qui salva urbe salvi esse possent in hostium numero ducerentur, ita me gessi, Quirites, ut salvi omnes conservaremini, et, cum hostes vestri tantum civium superfuturum putassent quantum infinitae caedi restitisset, tantum autem urbis quantum flamma obire non potuisset, et urbem et civis integros incolumisque servavi.

11 26 Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monu-

320 quae ***α*** : quirites quae ***βγ*** || **321** pertinerent ***α*l*γ*** : pertinebant **sb** | nullam] ñ ullam **s** | ea] illa ea **V** || **322** se esse principes **CAa*βγ*** : principes se esse **V** : se esse principes voluerunt **b** || **322–323** conflagrare sed se (se *om.* **l**) in hac urbe (urbe hac **o**) ***βγ*** : *ante* neque hanc *inseruit* **a** : *ante* principes *posuit* **f** : *om.* **CAV** || **323** florere si (= se) voluerunt *post* **319** eius modi *transp.* **A** (*solus*) | se *hic* **asb*γ*** : *post* florere *hab.* **CA** : se *omisso* non *ante* florere *hab.* **V** : *om.* **l** || **323–326** atque illae tamen ... diiudicatae sint *secl. Bloch; Madvig*[2] *119; Nohl*[3] *287–289 et 1189–1190. iterata verba ipsi Cic. editori vitio vertenda adfirmant Norden et Sonnenburg (cf. etiam Fuchs 467 adn. 2). Sonnenburgi ut vid. disputatione usus egregie verba tradita defendit Sternkopf, q.v.* : quae tamen ... [eius modi fuerunt ut] non reconciliatione ... diiudicatae sunt *Rau 158–160* || **326** internecione ***α*l*γ*** : internicione **sbo** || **329** Catilina] Gabinio *Luterbacher*[2 et 5] *252 et 124 ob 4,13,200–201* attribuit nos (*i. senatum*) trucidandos Cethego et ceteros civis interficiendos Gabinio. *aliter de h.l. censet Sternkopf* || **331–332** salvi omnes ***α*o** : salvi esse (*errore pro* omnes?) **l** : omnes salvi ***γ*** : salvi ***β*** || **333** infinita e caede *Mommsen ap. Halm*[1] || **335** integros incolumesque (incolomesque **CAVt**) ***αγ*** : omnes (-is **l**) incolumesque **l** : omnes (omnes *ante* cives *transp.* **s**) incolumes quirites **sb** || **336** quirites *sscr.* **C**

mentum laudis postulabo praeterquam huius diei memoriam sempiternam. in animis ego vestris omnis triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et conlocari volo. nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum, nihil denique eius modi quod etiam minus digni adsequi possint. memoria vestra, Quirites, nostrae res alentur, sermonibus crescent, litterarum monumentis inveterascent et conroborabuntur; eandemque diem intellego, quam spero aeternam fore, propagatam esse et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei unoque tempore in hac re publica duos civis exstitisse quorum alter finis vestri imperi non terrae sed caeli regionibus terminaret, alter eiusdem imperi domicilium sedisque servaret. Sed quoniam ea- **12**
rum rerum quas ego gessi non eadem est fortuna atque con- 27
dicio quae illorum qui externa bella gesserunt, quod mihi cum iis vivendum est quos vici ac subegi, illi hostis aut interfectos aut oppressos reliquerunt, vestrum est, Quirites, si ceteris facta sua recte prosunt, mihi mea ne quando obsint

341–342 nihil me ... delectare *Schol. Gron. p. 286,21 St.* || **347** unoque tempore *Schol. Gron. p. 286,22 St.*

338 postulabo ***αlγ*** : postulo **sbx** *Halm*[1], *alii, nimirum memores 4,23,341* postulo. *at futurum ex usu sermonis Latini est, licet praesens tempus ex nostro sensu exspectetur; cf. Sternkopf et Mur. 58* deprecabor; *ib. 63 et Planc. 89* fatebor. *cf. etiam infra 4,12,173* praebebo | memoriam ***αγ*** : memoriam vestram ***β*x** || **341** me mutum] monimentum **V** | delectare *Schol. Gron.* ***αlγ*** : -ari **sb** || **343** possint **sbxu** : possunt ***α*lto** | nostrae res ***αlγ*** : res nostrae (vestre **s**) **fsb** || **346** propagatam (-a **a**) esse *hic* ***αβ*** : propagatam (-a **t** : -andam **u**) *post* **347** mei *hab.* *γ* || **347** uno[que] *Benecke et Madvig*[1]; *cf. etiam Eberhard* : uno <eodem> que *coni. Eberhard* || **348** civis ***αβ*** : dies (duces? **x**) *γ* || **349–350** eiusdem ***βγ*** : huius ***α*** || **351** ego gessi] ago **V** | eadem est ***αβ*o** : est eadem *γ* || **351–4,8,117** atque condicio ... impiis *deficit* **C** || **352** quae ***βγ*** : quam ***α*** | illorum ***αlγ*** : eorum **sb** || **353** iis **D** : his ***αβ*o** : illis *γ* | est ***αβ*o** : sit *γ* || **355** facta sua recte ***αβ*o** : recte facta sua *γ* *cf. Liv. 28,25,6* suis recte factis gratiam qui exsolvat *sqq.; Rhet. Her. 1,14,24* cuius multa recte facta exstant

providere. mentes enim hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne vobis nocere possent ego providi, ne mihi noceant vestrum est providere. quamquam, Quirites, mihi quidem ipsi nihil ab istis iam noceri potest. magnum enim est in bonis praesidium quod mihi in perpetuum comparatum est, magna in re publica dignitas quae me semper tacita defendet, magna vis conscientiae quam qui neglegunt, cum
28 me violare volent, se ipsi indicabunt. est enim in nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius audaciae cedamus sed etiam omnis improbos ultro semper lacessamus. quod si omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis se in me unum converterit, vobis erit videndum, Quirites, qua condicione posthac eos esse velitis qui se pro salute vestra obtulerint invidiae periculisque omnibus: mihi quidem ipsi quid est quod iam ad vitae fructum possit adquiri, cum praesertim neque in honore vestro neque in gloria virtutis
29 quicquam videam altius quo mihi libeat ascendere? Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea quae gessi in consulatu privatus tuear atque ornem, ut, si qua est invidia in conservanda re publica suscepta, laedat invidos, mihi valeat ad gloriam. denique ita me in re publica tractabo ut meminerim semper quae gesserim curemque ut ea virtute, non casu gesta esse videantur. vos, Quirites, quoniam iam est nox, venerati Iovem illum, custodem huius urbis ac vestrum, in

358–359 nihil mihi ab istis noceri potest *Diom. GL I 399,23*

356–358 mentes … providere *om.* **AV** || **357** possent **aγ** : possint **β** || **359** iam *om. Diom.* || **359–360** enim est **Aaβγ** : est enim **Vo** || **360** bonis **lγ** : nobis **asb** || **362** defendet **alγ** : -it **sb** : -at **o** | neglegunt **aβo** : negligent **γ** || **363** ipsi **γ** : *om.* **aβo** *cui lect. favet Zielinski 203* | enim **aβo** : etiam **γ** : denique *Eberhard* : autem *coni. Mueller, Praef. lxxvii* | in nobis **γ** : nobis **Aal** : vobis **b** : *om.* **Vs** | is **γ** : *om.* **aβ** || **367** videndum **aβ** : providendum **γ** *R. Klotz* || **369** obtulerint **aβut** : obtulerunt **AVbxo** *Kasten* || **370–371** cum praesertim **aβ** : praesertim cum **γ** || **373** perficiam profecto **aγ** : profecto perficiam **β** || **374** in **aγ** : *om.* **β** || **378** est nox **alγ** : nox est **sb** || **379** venerati **alsb**[1] : veneramini **b**[2]**γ** | iovem illum **aβo** : illum iovem **γ** | in **aβo** : ac in **ut** : et in **x**

vestra tecta discedite et ea, quamquam iam est periculum depulsum, tamen aeque ac priore nocte custodiis vigiliisque defendite. id ne vobis diutius faciendum sit atque ut in perpetua pace esse possitis providebo, Quirites.

380 iam **αlγ** : *om.* **sb** | est periculum **αβo** : periculum est **γ** || **381** priore **αlγ** : priori **β** | nocte **αβγ** : nocte fecistis **xh** | vigiliisque **αlγ** : vigiliis **sb** || **382** ut *om.* **V** || **383** providebo quirites **AVlγ** *cf. p. red. ad Quir. 1 ubi in codd. periodus terminatur in* Quirites *quod Madvig*[3] *214 transitus ad novam sententiam supplendi causa in* qua re *mutavit; neque id male, propterea quod ibi eadem periodus ab eadem appellatione incipit. hic vero satis apte haec vox extremo loco in optimis codd. cum emphasi posita perorationem ecferre videtur* : providebo **asbo**

subscr. IN LVTIVM CATILINAM LIBER TERTIVS EXPLICIT ...... **A** : ·M· tvlli ciceronis in catilina(m) lib(er) ·iii· explic(it) **a** : Explicit Liber Secundus (*sic*) **f** : ·M·T· CICERON(is) IN CATILINA(m) LIB(er) ·III· EXPLICIT· **x** *et fere* **l** : EXPLICIT LIBER·III· **suo** : *om.* **Vbit**

M. TVLLI CICERONIS IN L. CATILINAM ORATIO QVARTA

TESTIMONIA

Cic. Att. 12,21,1 legi Bruti epistulam eamque tibi remisi, sane non prudenter rescriptam ad ea quae requisieras. sed ipse viderit. quamquam illud turpiter ignorat: Catonem primum sententiam putat de animadversione dixisse, quam omnes ante dixerant praeter Caesarem, et, cum ipsius Caesaris tam severa fuerit qui tum praetorio loco dixerit, consularium putat leniores fuisse, Catuli, Servili, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gelli, Vulcati, Figuli, Cottae, L. Caesaris, C. Pisonis, M.' Glabrionis, etiam Silani, Murenae, designatorum consulum. cur ergo in sententiam Catonis? quia verbis luculentioribus et pluribus rem eandem comprehenderat. me autem hic laudat quod rettulerim, non quod patefecerim, cohortatus sim, quod denique ante quam consulerem ipse iudicaverim. quae omnia quia Cato laudibus extulerat in caelum perscribendaque censuerat, idcirco in eius sententiam est facta discessio (*cf. 4,7 sqq.*).

Plutarch. Cic. 20,3–21,1–2 τῇ δ' ὑστεραίᾳ γενομένων ἐν συγκλήτῳ λόγων περὶ τιμωρίας τῶν ἀνδρῶν, ὁ πρῶτος ἐρωτηθεὶς γνώμην Σιλανὸς εἶπε τὴν ἐσχάτην δίκην δοῦναι προσήκειν ἀχθέντας εἰς τὸ δεσμωτήριον. καὶ προσετίθεντο τούτῳ πάντες ἐφεξῆς μέχρι Γαΐου Καίσαρος … Ἐπεὶ δ' οὖν ἡ γνώμη περιῆλθεν εἰς αὐτὸν, ἀναστὰς ἀπεφήνατο μὴ θανατοῦν τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ τὰς οὐσίας εἶναι δημοσίας, αὐτοὺς δ' ἀπαχθέντας εἰς πόλεις τῆς Ἰταλίας ἃς ἂν δοκῇ Κικέρωνι, τηρεῖσθαι δεδεμένους ἄχρι ἂν οὗ καταπολεμηθῇ Κατιλίνας (*cf. 4,7*). *οὔσης δὲ τῆς γνώμης ἐπιεικοῦς καὶ τοῦ λέγοντος εἰπεῖν δυνατωτάτου, ῥοπὴν ὁ Κικέρων προσέθηκεν οὐ μικράν. αὐτός τε γὰρ ἀναστὰς ἐνεχείρησεν εἰς ἑκάτερον, τὰ μὲν τῇ προτέρᾳ, τὰ δὲ τῇ γχώμῃ Καίσαρος συνειπών* (*cf. 4,9–13*).

Plutarch. Cat. min. 22,1 et 23,1 αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Κατιλίνας ὀλέθριόν τε καὶ παντελῆ μεταβολὴν ἐπάγων τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι καὶ στάσεις ὁμοῦ καὶ πολέμους ταράττων ἐξελεγχθεὶς ὑπὸ τοῦ Κικέρωνος ἐξέπεσε τῆς πόλεως. … ὁ Κάτων πρὸς τὴν γνώμην ἀναστὰς εὐθὺς εἶτο τῷ λόγῳ μετ' ὀργῆς καὶ πάθους, τόν τε Σιλανὸν κακίζων τῆς μεταβολῆς, καὶ καθαπτόμενος τοῦ Καισαρος … (*cf. 4,7 sqq.*).

App. civ. 2,6 Κάτων ἤδη σαφῶς ἀνακαλύπτων τὴν εἰς τὸν Καίσαρα ὑποψίαν καὶ ὁ Κικέρων δεδιὼς ἀμφὶ τῇ νυκτὶ προσιούσῃ, μὴ τὸ συνεγνωκὸς τοῖς ἀνδράσι πλῆθος αἰωρούμενον ἔτι κατ' ἀγορὰν καὶ δεδιὸς περί τε σφῶν αὐτῶν καὶ περὶ ἐκείνων ἐργάσηταί τι ἄτοπον, ἔπεισαν ὡς αὐτοφώρων ἄνευ κρίσεως καταγνῶναι.

Cass. Dio 37,35,4 αὐτὸς δὲ (*sc. Cicero*) ἐν τούτῳ τὴν βουλὴν ἤθροισε, καί σφας συνταράξας τε καὶ ἐκφοβήσας ἔπεισε θάνατον τῶν συνειλημμένων καταγνῶναι (*cf. 4,11–13; 19*).

ib. 36,1–3 ὁ γὰρ Καῖσαρ ... γνώμην ἔδωκε ... . καὶ τοῦτο πάντες οἱ μετὰ ταῦτα ἀποφηνάμενοι μέχρι τοῦ Κάτωνος ἐψηφίσαντο, ὥστε καὶ τῶν προτέρων τινὰς μεταγνῶναι. ἐπεὶ δὲ οὗτος αὐτός τε τὸν θάνατον αὐτῶν κατεδίκασε καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ὁμοψήφους ἐποιήσατο, οὕτω δὴ ἐκεῖνοί τε ἐκ τῆς νικώσης ἐκολάσθησαν ... (*cf. 4,7 sqq.*).

ARGVMENTVUM SCHOLIASTAE GRONOVIANI

Hoc libro de poena coniuratorum agitur. Et ausi sunt plerique commentatores negotialem dicere. Ubi enim de qualitate poenarum quaeritur, negotialis status est, sed accidens cum ... Melius est ut dicas demonstrationem esse. Status enim negotialis est, ubi intentio et depulsio est. Nihil est tale: quomodo potest esse negotialis? Magis demonstrationis partem esse scilicet orationem debemus dicere. Secunda denique Actio secundi diei Actio est. Nam cum relatum esset ad senatum ante et more maiorum interrogati essent sententias consules designati, prior interrogatus est Silanus consul designatus: morte multavit coniuratos. Interrogatus post eum Caesar dissuasit. Necdum Caesaris sententiam solvit Cicero; nam postea Cato solvit sententiam Caesaris. Sed Cicero ante rettulit, et sic auctoritas crevit Catonis post Ciceronis relationem. Denique consul non debet referre nisi quod 'rei deprehensi sunt: poenam statuite. Duae dictae sententiae sunt: poenam eligite'. Sed laborat orator occidendos esse quantum potest, et suadet aliud agendo quantum potest. Laudando vituperat eius sententiam. Sed quoniam illa sententia crudelior est, morte multari, laborat ostendere crudeliorem esse sententiam Caesaris quam Silani. Deinde plerique timebant ad gratiam Ciceronis iudicare, ne ipsis negotium fieret, quia contra leges occidebantur rei; lex enim vetabat Sempronia. Timebat ergo ne ad gratiam suam non damnarentur. Dicebant enim: 'quam necessitatem habet Cicero? quid est hoc? si non occiderit, periculosum est civitati: si occiderit, contra leges facit'. Ergo

omnes sive parcendo Ciceroni parcebant coniuratis sive vituperando crudeliorem sententiam parcebant coniuratis. Debet ergo orator ostendere se securum esse adversus omne periculum: ne contra gratiam ipsius parcant et illam lenem sententiam, quae morte multavit.

Video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque **1**
oculos esse conversos; video vos non solum de vestro ac rei 1
publicae verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. est mihi iucunda in malis et grata in dolore vestra erga me voluntas, sed eam, per deos immortalis, deponite atque obliti salutis meae de vobis ac de vestris liberis cogitate. mihi si haec condicio consulatus data est ut omnis acerbitates, omnis dolores cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter verum etiam libenter, dum modo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariatur. ego sum ille consul, patres conscripti, cui non forum in 2
quo omnis aequitas continetur, non campus consularibus auspiciis consecratus, non curia, summum auxilium omnium gentium, non domus, commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique haec sella curulis, sedes hono-

1–2 video ... conversos *Aug. rhet. 19 RhL p. 149,20* ‖ **1** video P. C. *Schol. Gron. p. 287,18 St.* ‖ **1–2** ora ... conversos *Schol. Gron. p. 287,19 et 20 St.* ‖ **3** verum si id depulsum sit *Schol. Gron. p. 287,22 St.* | de meo periculo *Schol. Gron. p. 287,23 St.* ‖ **11–12** ego sum ille patres ... continetur *Prisc. inst. GL II 583,18* ‖ **11** ego sum P. C. ... forum *Schol. Gron. p. 287,25 et 27 St.* ‖ **12–13** non campus ... consecratus *Schol. Clun. p. 270,17 St.* ‖ **12** non campus *Schol. Gron. p. 287,28 St.* ‖ **13–14** non curia ... gentium *Schol. Gron. p. 287,29 St.* ‖ **15** sella curulis *Schol. Clun. p. 270,20 St.*

Inscr. INCIPIT LIBER QUARTUS (Tertius **f**) FELICITER ...... **Aaf** *itemque fere* **lsy** : ·INCIPIT LIBER .III. (*sic*) INVECTIVARV(m)· OR(ati)O AD SENATV(m) **b** : Oratio Qvarta **i** : *om.* **Vt**

1–117 video ... impiis *deficit* **C** ‖ **1** vestrum omnium **V** ‖ **5–6** deponite ***αβγ*** : queso deponite **x** *cf. Madvig[2] 155–157* ‖ **6** vestris liberis ***αγ*** : liberis vestris **lx** : vestris **sb** ‖ **7–197** mihi si ... armatus *om.* **x** *lac. in mg. indicata*: 'hic multum abest orationis' ‖ **8** *post* acerbitates *usque ad finem textum ex cod. generis γ sumptum suppl. alia manus in* **l**. *quo familiae β teste deficiente in auxilium vocatur* **i** ‖ **10** populoque Romano] P·Q:·R· *scr.* **auo** : ·Q·P·R· *scr.* **li** : populoque romano ·p· c· **t** : quirites **sb** ‖ **11** ille consul] ille *Prisc.* : *om. Schol. Gron.* ‖ **13** omnium *om.* **A** ‖ **15–16** sella curulis sedes honoris *Reis* : sedes (cedes **a**) honoris sella (id est sella **t**) curulis (curilis **V**) ***αβγ*** : sedes honoris [sella curulis] *Muretus 639*

ris, umquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit. ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore in vestro timore sanavi. nunc si hunc exitum consulatus mei di immortales esse voluerunt ut vos populumque Romanum ex caede miserrima, coniuges liberosque vestros virginesque Vestalis ex acerbissima vexatione, templa atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex foedissima flamma, totam Italiam ex bello et vastitate eriperem, quaecumque mihi uni proponetur fortuna subeatur. etenim si P. Lentulus suum nomen inductus a vatibus fatale ad perniciem rei publicae fore putavit, cur ego non laeter meum consulatum ad salutem populi Romani
2 prope fatalem exstitisse? qua re, patres conscripti, consulite
3 vobis, prospicite patriae, conservate vos, coniuges, liberos fortunasque vestras, populi Romani nomen salutemque defendite; mihi parcere ac de me cogitare desinite. nam primum debeo sperare omnis deos qui huic urbi praesident pro eo mihi ac mereor relaturos esse gratiam; deinde, si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar. nam neque

16 vacua mortis *Schol. Gron. p. 287,31 St.* || **17** multa tacui *Schol. Gron. p. 287,22 St.* || **20** ex caede miserrima *Schol. Gron. p. 287,34 St.* || **25–26** inductus a vatibus *Schol. Gron. p. 287,36 St.* || **28–29** qua re … vobis *Schol. Gron. p. 288,1 St.* || **33–34** deinde … obtigerit *Schol. Gron. p. 288,2 St.* || **34–36** (neque turpis mors … sapienti) *cf. Quint. inst. 6,3,109*† … cum dixerit† *Cicero* neque gravem mortem accidere viro forti posse nec inmaturam consulari nec miseram sapienti. *Sen. contr. 7,2,10 Cicero* scit mortem nec inmaturam esse consulari nec miseram sapienti; *Sen. suas. 6,12 Cicero* dicit: mors nec immatura consulari nec misera sapienti. *Cic. Phil. 2,119* negavi posse mortem immaturam esse consulari

16 umquam mihi **V** || **18** sanavi *hic* ***a*****b**[2]**i*γ*** : *ante* in *posuit* **b**[1] : *ante* vestro **s** || **20** miserrima *Schol. Gron.* **AV*β*l**[2] : miseria (misera **t**) **a*γ*** || **24** proponeretur **a** || **25–26** inductus a vatibus *Schol. Gron.* ***aγ*** : inductus vatibus **sb** : a vatibus inductus **i** || **27** populi R.] reip. **A** || **28** prope *ut ex* p.r. *natum del. Eberhard* || **29** prospicite patriae ***a*i*γ*** : patriae prospicite **sb**

turpis mors forti viro potest accidere neque immatura consulari nec misera sapienti. nec tamen ego sum ille ferreus qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis maerore non movear horumque omnium lacrimis a quibus me circumsessum videtis. neque meam mentem non domum saepe revocat exanimata uxor et abiecta metu filia et parvolus filius quem mihi videtur amplecti res publica tamquam obsidem consulatus mei, neque ille qui exspectans huius exitum diei stat in conspectu meo gener. moveor his rebus omnibus, sed in eam partem, uti salvi sint vobiscum omnes, etiam si me vis aliqua oppresserit, potius quam et illi et nos una rei publicae peste pereamus.

4 Qua re, patres conscripti, incumbite ad salutem rei publicae, circumspicite omnis procellas quae impendent nisi providetis. non Ti. Gracchus quod iterum tribunus plebis fieri voluit, non C. Gracchus quod agrarios concitare conatus est, non L. Saturninus quod C. Memmium occidit, in discrimen aliquod atque in vestrae severitatis iudicium adducitur: tenentur ii qui ad urbis incendium, ad vestram omnium caedem, ad Catilinam accipiendum Romae restiterunt, tenentur litterae, signa, manus, denique unius cuiusque confessio; sollicitantur Allobroges, servitia excitantur, Catilina accersitur; id est initum consilium ut interfectis omnibus nemo ne ad deplorandum quidem populi Romani nomen atque ad lamentandam tanti imperi calamitatem relinquatur. haec 3 5

43 stat in conspectu *Schol. Gron. p. 288,4 St.* || **47** qua re ... incumbite *Schol. Gron. p. 288,6 St.* || **49** non Tiberius Gracchus *Schol. Gron. p. 288,7 St.* | Ti. Gracchus *Schol. Clun. p. 270,24 St.*

35 turpis] gravis *Quint.* | accidere ***αβlo*** : accedere **ut** || **36** nec[1] ***αiγ*** *cf. Zielinski 203* : neque **sb** | sapienti **ht** *Quint.; Sen.* : aspicienti ***α*(f)*βγ*** : aspicient **a** || **37** atque **A** : et **V*aβγ*** | praesenti **i** *Eberhard* || **44** uti **A*aβγ*** : ut **V** | **45** quam et ***αiγ*** : quam **sbl** : quam ut et *coni. Clark* || **49** Ti. *Schol. Clun. et Gron.* **AVo** : ·t· **ahs** : titus **bi*γ*** || **50** ·C· (*vel* G.) ***αγ*** : *om.* **sb** : tiberius **i** | conatus est **h** : est conatus **V** : conatus **A*aβγ*** || **53** ii **Alu** : hi(i) **V*aβ*o** : il· *scr.* **t** || **56–57** arcessitur **t** *cf. 3,6,69–70* || **57** id est **ilt** : idē ***α*sbu** : item **o** || **58** plorandum **A** || **59** lamentandum **t**

omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicavistis, primum quod mihi gratias egistis singularibus verbis et mea virtute atque diligentia perditorum hominum coniurationem patefactam esse decrevistis, deinde quod P. Lentulum se abdicare praetura coegistis, tum quod eum et ceteros de quibus iudicastis in custodiam dandos censuistis, maximeque quod meo nomine supplicationem decrevistis, qui honos togato habitus ante me est nemini; postremo hesterno die praemia legatis Allobrogum Titoque Volturcio dedistis amplissima. quae sunt omnia eius modi ut ii qui in custodiam nominatim dati sunt sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur.

6 Sed ego institui referre ad vos, patres conscripti, tamquam integrum, et de facto quid iudicetis et de poena quid censeatis. illa praedicam quae sunt consulis. ego magnum in re publica versari furorem et nova quaedam misceri et concitari mala iam pridem videbam, sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem a civibus numquam putavi. nunc quicquid est, quocumque vestrae mentes inclinant atque sententiae, statuendum vobis ante noctem est. quantum facinus ad vos delatum sit videtis. huic si paucos putatis adfinis esse, vehementer erratis. latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam verum etiam transcendit Alpis et obscure serpens multas iam provincias occupavit. id opprimi sustentando et prolatando nullo pacto potest; quacumque ratione placet celeriter vobis vindicandum est.

60–61 vos iam multis iudiciis *Schol. Gron. p. 288,8 St.* ‖ **78** nunc quidquid est *Schol. Gron. p. 288,10 St.* ‖ **83** et obscure serpens *Prob. inst. G.L. IV 141,36 et 186,1*

63–64 deinde … coegistis *om.* **t** ‖ **64** se abdicare **αsbuo** : ut se abdicaret **il** ‖ **68** titoque **βt** : ·t·Q:· *scr.* **alu** : t q a *scr.* **A** : ·T·Q· ac **V** : itemque **o** ‖ **69** ut ii **h** : ut i **A** : uti *fere* **Vaβγ** ‖ **73** integrum <sit> *coni. Clark* ‖ **76** tam **Aaiγ** : *om.* **Vsb** ‖ **78** mentes **αβut** : se (*ante* vestrae **o**) mentes **lo** ‖ **84** et **AVβo** : ac **γ** : aut **a** *Mueller*

Video duas adhuc esse sententias, unam D. Silani qui cen- **4**
set eos qui haec delere conati sunt morte esse multandos, 7
alteram C. Caesaris qui mortis poenam removet, ceterorum suppliciorum omnis acerbitates amplectitur. uterque et pro sua dignitate et pro rerum magnitudine in summa severitate versatur. alter eos qui nos omnis, qui populum Romanum vita privare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen exstinguere, punctum temporis frui vita et hoc communi spiritu non putat oportere atque hoc genus poenae saepe in improbos civis in hac re publica esse usurpatum recordatur. alter intellegit mortem a dis immortalibus non esse supplici causa constitutam, sed aut necessitatem naturae aut laborum ac miseriarum quietem. itaque eam sapientes numquam inviti, fortes saepe etiam libenter oppetiverunt. vincula vero, et ea sempiterna, certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt. municipiis dispertiri iubet. habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis,
difficultatem, si rogare. decernatur tamen, si placet. ego 8
enim suscipiam et, ut spero, reperiam qui id quod salutis omnium causa statueritis non putet esse suae dignitatis recusare. adiungit gravem poenam municipiis, si quis eorum

89–90 ceterorumque suppliciorum ... amplectitur *Schol. Gron. p. 288,13 St.* || **92** alter eos *Schol. Gron. p. 288,15 St.* || **97–98** alter ... ab dis non esse *Schol. Gron. p. 288,18 St.* || **102–103** municipiis ... iubet *Schol. Gron. p. 288,21 St.* || **103** habere ... iniquitatem *Schol. Gron. p. 288,23 St.* || **104** decernatur ... placet *Schol. Gron. p. 288,26 St.*

87 *post* duas *intercidisse* dictas *susp. Mueller, Praef. lxxvii* || **91** sua **αβo** : sui **γ** *cf. K.- S. II 1,599* || **92** qui populum R. *del. Bloch; Madvig*[1], *at cf. May*[2] *27* : p.c. *coni. Nohl*[1] || **94** exstinguere <voluerunt> *Münscher 727* | ad punctum **b** || **97** ab dis *Schol. Gron.* || **99** ac miseriarum *om.* **A** | quietem **αsbγ** : quietem esse **it** *Mueller* || **100–101** oppetiverunt **Aαβ** : optinuerunt **V** : appetiverunt (-tierunt **o**) **γ** || **101** certe **αiγ** : *om.* **sb** || **104** cernatur **a** | tamen (tunc **h**) si *Schol. Gron.* **αγ** : si tamen **β** || **105** id *om.* **V** | quod salutis **αγ** : salutis quod **β** || **106** putet **αβto** : putat **lu** : putent *Ernesti* || **107–108** -re adiungit ... ruperit horribi- (*i.e. legitur* recusales) *om.* **u** || **107** municipibus **t**

vincula ruperit; horribilis custodias circumdat et dignas scelere hominum perditorum. sancit ne quis eorum poenam quos condemnat aut per senatum aut per populum levare possit; eripit etiam spem quae sola homines in miseriis consolari solet. bona praeterea publicari iubet; vitam solam relinquit nefariis hominibus. quam si eripuisset, multos una dolores animi atque corporis et omnis scelerum poenas ademisset. itaque ut aliqua in vita formido improbis esset <pro>posita, apud inferos eius modi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt, quod videlicet intellegebant his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam.

5 Nunc, patres conscripti, ego mea video quid intersit. si
9 eritis secuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc is in re publica viam quae popularis habetur secutus est, fortasse minus erunt hoc auctore et cognitore huiusce sententiae mihi populares impetus pertimescendi; sin illam alteram, ne-

113–114 multas uno dolore *Schol. Gron. p. 288,30 St.* || **115–116** (itaque ... apud inferos) *cf. Schol. Gron. p. 288,31 St.* itaque si esset etiam apud inferos aliqua formido (*sc. verba per Christianum aliquem retractata, ut affirmat St.*) || **122** quae popularis habetur *Schol. Gron. p. 289,1 St.* || **122–124** fortasse ... huius sententiae populares ... pertimescendi *Schol. Gron. p. 289,3 St.* || **123** hoc ... cognitore *Schol. Clun. p. 270,28 St.*

108 dignas **i** *Lb.*[1] : digna (indigna **b**) ***α*sb*γ*** || **109** omnium **a** | poenam *om.* **V** || **110–111** levare possit ***αiγ*** : possit levare **sb** *Zielinski 203* || **111** etiam] enim **Vo** | hominem **RZ** *ed. V. et R.* (*etiam Clark; errore typogr.?*) || **113–114** multos una dolores *Kayser ap. Halm*[1], *p. 1447* : multas uno dolore *Schol. Gron.* ***αβγ***, *quo recepto* aerumnas *post* corporis *suppl. Halm*[2], acerbitates *coll. 7,90 Hirschfelder 428; Busche 437*, miserias *Clark* : multos uno dolore *post* corporis *transp.* **h** : multos uno dolore <dolores> *Graevius* || **116** proposita *Mueller, Praef. lxxviii* : posita ***αβγ*** : opposita *Sternkopf coll. Quinct. 47* formidines opponantur || **117** constituta esse *accedit* **C** || **120** ·P·C· (C. *om.* **t**) ego (egomet **Vo** *pro* ego mea : ego mea et **A**) ***αγ*** : ego ·P·C· ***β*** | videbo **A** || **121–122** re ·p· **sbo** : rem p. ***αiγ*** || **123** cognitore (-re *om.* **V**) *Schol. Clun. et Gron.* ***α*sbl[2]o** : genitore **i*γ*** | huiusce ***αβγ*** : huius *Schol. Gron.* **l** || **124** alteram ***α*sb*γ*** : alteram secuti eritis **iu**

scio an amplius mihi negoti contrahatur. sed tamen meorum
periculorum rationes utilitas rei publicae vincat. habemus
enim a Caesare, sicut ipsius dignitas et maiorum eius ampli-
tudo postulabat, sententiam tamquam obsidem perpetuae in
rem publicam voluntatis. intellectum est quid interesset in-
ter levitatem contionatorum et animum vere popularem sa-
luti populi consulentem. Video de istis qui se popularis ha- 10
beri volunt abesse non neminem, ne de capite videlicet
civium Romanorum sententiam ferat. is et nudius tertius in
custodiam civis Romanos dedit et supplicationem mihi de-
crevit et indices hesterno die maximis praemiis adfecit. iam
hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quaesitori gratu-
lationem, indici praemium decrerit quid de tota re et causa
iudicarit. At vero C. Caesar intellegit legem Semproniam
esse de civibus Romanis constitutam; qui autem rei publicae
sit hostis eum civem esse nullo modo posse; denique ipsum
latorem Semproniae legis iussu populi poenas rei publicae

125–126 sed tamen ... vincat *Schol. Gron. p. 289,6 St.* || **132** abesse non neminem *Schol. Clun. p. 270,31 St.* | non neminem *Schol. Gron. p. 289,19 St.* || **133–134** is ... tertius cives Romanos dedit *Schol. Gron. p. 289,20 St.* || **138** legem Semproniam *Schol. Clun. p. 271,3 St. cf. Schol. Gron. p. 289,10* || **140–141** illum latorem *Schol. Gron. p. 289,26 St.*

125–126 sed ... vincat *om.* **u** || **126** vincat *Schol. Gron; Muretus 643* : vindicat ***αβγ*** || **128** postulabat ***αγ*** : postulat ***β*** || **129** rem ·p· **CAV*βγ*** : re p. (·r·p· *scr.* **f**) **ao** || **129–130** inter ***αγ*** : *om.* ***β*** || **132** de *om.* **A** || **133** is et (is *in* **V** *praecedenti* ferat *ita adiectum est ut* feratis. et *legatur*) *Schol. Gron.* ***α*(f)*βγ*** : set **a** *Halm*[1] : <at> is et *Kayser. at cf. Verr. II 5,162* hac se commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum ... arbitrabatur; is non modo hoc non perfecit ... sed crux infelici comparabatur || **134** civis R.] coniuratos **i** || **136** quaesitori ***α*u** : quaestori ***βγ*** || **137** decrerit **Ca** : decreverit **AV** : decrevit ***βγ*** *Kayser* || **140** esse nullo modo ***α*i*γ*** : nullo modo esse **sb** : nullo modo **u** | illum *Schol. Gron.* || **141** latorem Schol. ***α*i*γ*** : latronem **sb** | iussu *codd. defendit W. Drumann (ed. P. Groebe), Geschichte Roms 5, Hildesheim 1964 (repet. ed. Leipzig* [2]*1919), 527–8, adn. 4* : iniussu *Bucher; Ernesti*

dependisse. idem ipsum Lentulum largitorem et prodigum non putat, cum de pernicie populi Romani, exitio huius urbis tam acerbe, tam crudeliter cogitarit, etiam appellari posse popularem. itaque homo mitissimus atque lenissimus non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare et sancit in posterum ne quis huius supplicio levando se iactare et in pernicie populi Romani posthac popularis esse possit. adiungit etiam publicationem bonorum, ut omnis animi cruciatus et corporis etiam egestas ac mendicitas consequatur.

6 Quam ob rem, sive hoc statueritis, dederitis mihi comitem
11 ad contionem populo carum atque iucundum, sive Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione prohibebo atque obtinebo eam multo leniorem fuisse. quamquam, patres conscripti, quae potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? ego enim de meo sensu iudico. nam ita mihi salva re publica vobis-

142 prodigum *Schol. Gron. p. 289,28 St.* || **152–153** dederitis mihi comitem populo carum *Schol. Gron. p. 289,29 St.* || **156** quamquam patres conscripti *Audax GL VII 351,5*

142 ipsum lentulum (**t** *hoc ordine*, ipsum largitorem lentulum)] ipsum illum *Eberhard. at vide ne hoc probato C. Gracchus intellegatur (sic Luterbacher*[2] *252)* : ipsum Lentulum, illum *coni. Clark* : *del. Mommsen ap. Halm*[1]*; prob. Sternkopf* || **144** etiam] iam *Madvig*[3] *208* | posse **αiγ** : non posse **sb** || **147** se *γ* : a se **αβo** || **148** in perniciem **i** *Halm*[1] || **154** a **αiγ** : *om.* **sb** || **155** prohibebo *Kornitzer*[1] *628; cf. Id.*[2 et 3] *211 et 541. praeterea cf. Manil. 18* est enim humanitatis vestrae magnum numerum eorum civium calamitate prohibere; *ib. 19* a quo periculo prohibete rem p.; *Caes. Gall. 6,23,9 eos* ab iniuria prohibent; *civ. 1,23,3* hos omnes productos a contumeliis militum prohibet : ·P·R· *scr.* **α** (*etiam* **a**) : ·P·R· exsolvitis (*in* **s** *post hoc iteratur* ·P·R·) **sb** : defendetis *γ* : ·p·R· eripiam **i** : populo Romano <purgabo> *Mueller* : a *cum* **sb** *omisso* populus R. exsolvet (liberabit *coll. har. resp. 49 Clark*) *Madvig*[2] *121–122 et 670; Clark*, <apud> populum R. exsolvam *Halm*[1] : removebo *ego; cf. Verr. II 3,136* illam suspicionem levare atque ab sese removere : populo R.† *Haury* : *plura excidisse putat W. Richter 769*

cum perfrui liceat ut ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor – quis enim est me mitior? – sed singulari quadam humanitate et misericordia. videor enim mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem. cerno animo sepulta in patria miseros atque insepultos acervos civium. versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis. cum vero mihi 12
proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperasse confessus est, purpuratum esse huic Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrum familias, tum fugam virginum atque puerorum ac vexationem virginum Vestalium perhorresco et, quia mihi vehementer haec videntur misera atque miseranda, idcirco in eos qui ea perficere voluerunt me severum vehementemque praebebo. etenim quaero, si quis pater familias liberis suis a servo in-

160–161 (quis enim est me mitior) *cf. Iul. Vict. p. 89,8* de poena coniuratorum fingit se mitiorem || **161–164** videor mihi ... atque (atque *om. Mart. Cap.*) ... concidentem *Schem. dian. l. 72; Mart. Cap. 5,505* || **164** cerno ... in patria (-am *cod.*) miseros *Schol. Gron. p. 290,1 St.* || **164–165** insepultos ... civium *Schol. Gron. p. 290,1 St.* || **168** purpuratum ... Gabinium *Schol. Gron. p. 290,5 St.* || **172** misera atque miseranda *Schol. Gron. p. 290,6 St.* || **172–173** in eos qui haec perficere ... praebebo *Arus. 320* || **174–177** etenim ... de servo non nunquam (*i.e.* non quam : nunquam *var. l.*) acerrimum ... an inhumanus et ... videatur (*ubi* non nunquam *ex* non *ad corrigendum* nun- *supra adpicto ortum est, ut* non quam *legi corrector iuberet; quae lectio in cod. Bononiensi 701 saec. v/vi servatur*) *Lact. ira 17,9*

160 moveor **CAVsbl**^{2} : movear (-at **t**) **aγ** : admoveor **i** | enim est ***aiγ*** : est enim **sb** || **164** sepulta in patria **CAa** (*etiam* **C**!) : sepultam patriam **Vβγ** || **167–168** ipse ... huic **u** *in mg.* || **167** se (*om.* **a**) ex fatis (*ex* fastis **lo**) sperasse ***alo*** : se sperare ex fatis (fastis **s**) **sb** : ex fastis (fatis *edd.*) se sperasse **iu** : manis cū factis sperasse **t** || **168** huic *Schol. Gron.* **CAab**^{1}**l**^{2} : hunc **Vb**^{2}**siγ** || **170** atque ... virginum *om.* **to** | vexationem **CV** : vexantium **Aasl** : vexantiam **biu** | virginum *ut glossema del. voluit Halm*^{1}*, at cf. May*^{2} *28* || **173** praebeo **b** *prob. Eberhard coll. 11,159–160* vehementior sum. *at v. supra 3,26,338* postulabo *ubi item praesens tempus exspectatur*

terfectis, uxore occisa, incensa domo supplicium de servo <non> quam acerbissimum sumpserit, utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur. mihi vero importunus ac ferreus qui non dolore et cruciatu nocentis suum dolorem cruciatumque lenierit. sic nos in his hominibus qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt, qui singulas unius cuiusque nostrum domos et hoc universum rei publicae domicilium delere conati sunt, qui id egerunt ut gentem Allobrogum in vestigiis huius urbis atque in cinere deflagrati imperi conlocarent, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur; sin remissiores esse voluerimus, summae nobis crudelitatis in patriae
13 civiumque pernicie fama subeunda est. Nisi vero cuipiam L. Caesar, vir fortissimus et amantissimus rei publicae, crudelior nudius tertius visus est, cum sororis suae, feminae lectissimae, virum praesentem et audientem vita privandum esse dixit, cum <iure> avum suum iussu consulis interfec-

179–181 sic nos … voluerunt *Arus. 321* ‖ **181** singulas unius cuiusque domos *Prisc. inst. GL III 304,17* ‖ **184–185** si vehementissimi … habebimur *Arus. 321* ‖ **187–188** nisi vero L. Caesar *Schol. Gron. p. 290,9 St.* ‖ **189** sororis suae *Schol. Gron. p. 290,13 St.* ‖ **191** avum suum *Schol. Gron. p. 290,14 St.* | iussu consulis *Schol. Gron. p. 290,15 St.*

175 de servo *Lact.* **Ug,** *cui lect. favere videtur infra 179* nocentis (*non* nocentium) (*cf. Sternkopf ad h.l.*) : de servis ***αβγ*** : *om.* **t** ‖ **176** <non> quam *Lact.; Lb.*^{1} : quam ***αβγ*** | acerrimum *Lact.* | ac ***βγ*** : an *Lact.* ***a*** ‖ **177** inhumanus *Lact.* ‖ **178–179** dolore ac (et **p** *edd.*) cruciatu nocentis suum **b**^{2}**sil**^{2} : dolore ac cruciatu **b**^{1} : dolore nocentis suum **o** : *om.* ***αγ*** ‖ **179** cruciatumque (-que *om.* **V**) ***a*ilo** : ac cruciatum (-que *non deleto* ac *sscr.* **C**^{c}) **C**^{c}**sb**^{2} : cruciatu **ut** : (dolorem ac cruciatum *om.* **b**^{1}) ‖ **180** hominibus] omnibus **i**^{1}**lo**^{1} ‖ **183** qui id **C**^{c}**A*βγ*** : quid **Cat** : qui **V** ‖ **186** summae *γ* : summa ***αβ*l**^{2} ‖ **189** sororis **V*βγ*** : sorori **CAa** ‖ **190** lectissimae **C**^{c} : electissimae (-imum **s**) ***αβγ*** *cf. Quinct. 5* ‖ **191** iure *hic add. Eberhard, post* suum *Bornecque* : merito *ante* interfectum *suppl. Kraffert 117* : e re p. necatos *post* **193** necatum *add. Clark* | suum *Schol. Gron.* ***β*l**^{2} : *om.* ***αγ***

tum filiumque eius impuberem legatum a patre missum in carcere necatum esse dixit. quorum quod simile factum, quod initum delendae rei publicae consilium? largitionis voluntas tum in re publica versata est et partium quaedam contentio. atque illo tempore huius avus Lentuli, vir clarissimus, armatus Gracchum est persecutus. ille etiam grave tum volnus accepit, ne quid de summa rei publicae minueretur; hic ad evertenda fundamenta rei publicae Gallos accersit, servitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos trucidandos Cethego et ceteros civis interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinae. vereamini censeo ne in hoc scelere tam immani ac nefando nimis aliquid severe statuisse videamini: multo magis est verendum ne remissione poenae crudeles in

192 filiumque ... missum *Prisc. inst. GL II 250,3* | filiumque eius inpuberem *Prob. cath. GL IV 20,5; Phoc. GL V 418,11 (XIX 1 Casaceli); Beda GL VII 285,12* | legatum missum *Schol. Gron. p. 290,16 St.* || **194–195** largitionis voluntas *Schol. Gron. p. 290,12 St.*

192 filiumque *om.* **s** || **193** dixit *del. Eberhard* || **194** initum ***ai*** : initium **sb*γ*** || **195** tum in ***aγ*** : tantum ***β*** : tantum in **l**[2] || **196** illo ***aγ*** : eo ***β*** | vir clarissimus ***β*o** : clarissimus vir ***γ*** : viri clarissimi (-umi **Aa**) ***a*** || **197** Gracchum *accedit* **x** | est consecutus **u** | ille] ille avus lentuli **lt** || **198** rei ·p· **CAV*γ*** (*vide infra vv. 198–9*) : dignitate rei p. ***β*x** : rei ·p· dignitate **a** : re .p. *cod. Harl. 4927; Halm*[1] || **198–199** minueretur ... rei p. **a*βγ*** : *ob iteratam voc.* rei p. *om.* **CAV** (*in lac. 30 litt.* **A**) || **198** minueretur **a*γ*** : diminueretur ***β*** : de- *Halm*[1] || **199** hic **asixu** : hic lentulus **lto** : *om.* **b** | ad evertenda **a*β*l[2]xo** : ad vertenda **l[1]ut** | fundamenta rei p. ***βγ*** *cf. Kornitzer*[2] *211* : rei ·p· fundamenta **a** *Halm*[1] || **201** et *om.* **x** || **202** cassio **fixo** : *om.* ***a*sblut** | totam italiam ***a*i*γ*** : italiam totam **s** : italiam **b** || **204** nefando ***aγ*** : tam nefando ***β*** : nefario **x** | nimis aliquid (-t **i**) severe ***β*x** : nimis aliquid (-t **C**) severius ***aγ*** : *aut* nimis [aliquid] severe *aut* [nimis] aliquid severius *scribendum putat Ernesti* : (*lectionem **β** pro glossa vocem* severius *explicante habendam, quae codicum generis **β** genuina verba plane expulerit, generis **aγ** aliquanto, i. voce* nimis, *auxerit, arbitratur Eberhard, al.*) || **205** multo ... est] cum multo ... sit **x** || **205–206** poenae ... animadversionis *om.* **t** || **205** crudeles (-is **CA**) ***aγ*** : crudeliores ***β*o**

patriam quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostis fuisse videamur.

7 Sed ea quae exaudio, patres conscripti, dissimulare non
14 possum. iaciuntur enim voces quae perveniunt ad auris meas eorum qui vereri videntur ut habeam satis praesidi ad ea quae vos statueritis hodierno die transigenda. omnia et provisa et parata et constituta sunt, patres conscripti, cum mea summa cura atque diligentia tum multo etiam maiore populi Romani ad summum imperium retinendum et ad communis fortunas conservandas voluntate. omnes adsunt omnium ordinum homines, <omnium generum>, omnium denique aetatum. plenum est forum, plena templa circum forum, pleni omnes aditus huius templi ac loci. causa est enim post urbem conditam haec inventa sola in qua omnes sentirent unum atque idem praeter eos qui cum sibi viderent esse pereundum, cum omnibus potius quam soli perire volu-
15 erunt. hosce ego homines excipio et secerno libenter, neque in improborum civium sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. ceteri vero, di immortales! qua frequentia, quo studio, qua virtute ad communem salutem dignitatemque consentiunt! quid ego hic equites Romanos commemorem? qui vobis ita summam ordinis consilique

210 ut habeam praesidii *Schol. Gron. p. 290,18 St.* || **221–222** cum omnibus ... voluerunt *Diom. GL I 470,24*

207 videamur ***αγ*** : videamini ***β*** || **209** iaciuntur ***α*sb*γ*** : iactantur **ix** || **210** ut *Schol. Gron.* ***αγ*** : ne non ***β*** : ut non **l**[2] || **211** hodierno **CV*αγ*** : -a **A*β*** || **212** sunt ***β*l**[2]**x** : *om.* ***αγ*** || **213** multo etiam ***α*i*γ*** : etiam multo **sb** || **215–216** ordinum homines ***αγ*** : hominum ordines ***β*** : ordines homines **o**[1] || **216** omnium generum *add. Putsche; Fr. Richter*[1] *18* | denique *om.* **A** || **218** templi ac (et **ut**) loci ***αγ*** : loci ac templi ***β*x** || **219** sentirent **xlo** : sentire ***α*ut** : sentiunt ***β*** || **222–223** neque in **CV*αγ*** : neque enim **b**[1]**i** : neque enim in **b**[2]**sx** : neque **A** || **225** qua virtute *usque ad finem deficit* **C** || **225–226** dignitatem salutemque **x** || **226** ego ***αβ*x** : ergo ***γ*** | hic ***αγ*** : *om.* ***β*** || **227** commemorarem **V** | ita ***αγ*** : *om.* ***β*** | consiliique (-iumque **o**) ***αβ*xlo** : auxiliique **ut**

concedunt ut vobiscum de amore rei publicae certent. quos
ex multorum annorum dissensione huius ordinis ad societa-
tem concordiamque revocatos hodiernus dies vobiscum at-
que haec causa coniungit. quam si coniunctionem in consu-
latu confirmatam meo perpetuam in re publica tenuerimus,
confirmo vobis nullum posthac malum civile ac domesticum
ad ullam rei publicae partem esse venturum. pari studio de-
fendendae rei publicae convenisse video tribunos aerarios,
fortissimos viros. scribas item universos quos cum casu hic
dies ad aerarium frequentasset, video ab exspectatione sor-
tis ad salutem communem esse conversos. omnis ingenu- 16
orum adest multitudo, etiam tenuissimorum. quis est enim
cui non haec templa, aspectus urbis, possessio libertatis, lux
denique haec ipsa et commune patriae solum cum sit carum
tum vero dulce atque iucundum? operae pretium est, patres **8**
conscripti, libertinorum hominum studia cognoscere qui sua
virtute fortunam huius civitatis consecuti vere hanc suam
patriam esse iudicant quam quidam hic nati, et summo nati
loco, non patriam suam sed urbem hostium esse iudicave-
runt. sed quid ego hosce ordines atque homines commemo-

236–237 (scribas ... frequentasset) *cf. Schol. Gron. p. 290,21 St.* scribae ad aerarium

